THE
WILLIAM R. PERKINS
LIBRARY
OF
DUKE UNIVERSITY

Universitas · Dukiana · Eruditio · et · Religio

Rare Books

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
Duke University Libraries

http://www.archive.org/details/concordiaquatuor00lero

CONCORDIA
QUATUOR EVANGELISTARUM

Plenam; recte ordinatam, concinneque cohærentem

DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI

HISTORIAM

nova eaque expeditiſſima arte exhibens;

IPSIS SCILICET SACRIS SCRIPTORIBUS, prout ſimul loquuntur, è regione cujuſque collocatis: & ſolis eorum verbis clarioribus, expreſſioribus, & aliunde aprioribus charactere nigro notatis, Hiſtoriæque filum formantibus.


Cum variis indicibus & annotationibus.

Opera & ſtudio SEBASTIANI LE ROUX Paſtoris Eccleſiæ de Andevilla in Diœceſi Carnotenſi.

PARISIIS,
Apud ALEXIUM DE LA ROCHE, juxtà Majores Auguſtinianos prope viam vulgo dictam Giſt-le-Cœur, ſub ſigno Spei.

M. DCC. XII.
CUM PRIVILEGIO REGIS.

B582LHC



ILLUSTRISSIMO ECCLESIÆ PRINCIPI

DOMINO DOMINO

PAULO DE GODET DES-MARETS

CARNOTENSIUM EPISCOPO.

IN SIGNI *tuæ pietati*, PRÆSUL ILLUSTRISSIME, *& perſpicaci tuo judicio, pii argumenti & ſingularis artis opus offero; quatuor ſcilicet Evangeliſtarum Concordiam, quæ una decem annorum ſpatio totum me tenuit, amaramque recreavit ſolitudinem ubi cum puſillo grege mihi credito demoror. Hîc* eorum verborum de quibus eruditus es, *& de quibus alios erudis,*

ſeriem invenies ordinatiſſimam. Hîc ſuo quæque loco reddita Domini *noſtri* Jesu Christi *facta dictaque reperies; & nullo prorſus negotio perſpicies quid Evangeliſtarum quiſque ſolus referat; quid duo, quid tres, quid quatuor ſimul aſtruant; qui, quomodo, & qua in re vel conſentiant vel in ſpeciem diſcrepare videantur.*

Ut hoc tam aſſidui tamque diuturni laboris opus poſt tot alios qui in idem incubuerunt ſuſciperem, effecit tum ſacrarum Literarum amor non mediocris, tum otium fere perpetuum, tum ingenita mihi quædam patientia. Ut autem illud Celſitudini tuæ conſecrem, Eccleſiæ Princeps Illustrissime, *adducit me mira, quam tecum habet, conformitas. Quemadmodum enim hîc omnia conciliantur evangelica verba, ſic in te conciliantur virtutes omnes evangelicæ; eruditionem ſummam eximia pietas comitatur, zelum ferventem cauta pruden-*

tia dirigit, integram juſtitiam paterna clementia temperat, ad auguſtam gravitatem ſingularis accedit modeſtia, & ad vigilantiam indefeſſam inconcuſſa animi tranquillitas. Hæc (inquam) omnia, quæ tam raro ſimul inveniuntur, perfectiſſimum in te concentum edere læti cernimus, cum expendimus quanta ſedulitate latiſſimam tuam Diœceſim perluſtres, quantam in reformandis moribus & in fovenda promovendaque ſana doctrina diligentiam adhibeas, quam acriter & voce & ſcripto percutias hujuſce noſtri temporis pſeudomyſticos qui in grege tuo cariſſimo venenata ſua dogmata diſſeminare conabantur, quantus ſit amor tuus in Preſbyteros officio ſuo ſtudioſe deditos, quanta caritate deliquentes corripias & in rectam viam reducas, quanta ſollicitudine tuis in Seminariis teneras plantationes excolas ut tempore ſuo fructum plurimum afferant, quantum denique te exhi-

beas Eccleſiaſticæ Diſciplinæ non modo defenſorem, ſed etiam inſtauratorem.

Nunc unum ſupereſt, ILLUSTRISSIME PRÆSUL, *ut hoc opus in Diœceſi tua compoſitum, ſuoque argumento vere tuum, ſolita tua benignitate ſuſcipias, fauſtiſſimiſque tuis auſpiciis ad utilitatem Eccleſiæ prodeat in lucem quod in publicum religioſiſſimæ venerationis monimentum Celſitudini tuæ vovet*

Humillimus & obſequentiſſimus ſervus tuus SEBASTIANUS LE ROUX, Paſtor Eccleſiæ de Andevilla.

PRÆFATIO.

QVID SIT EVANGELIVM, QVINAM illud ſcripſerint, quomodo in eo ſcribendo ſe ſe geſſerint, quantum inter ſe diſcrepent, quanta ex eorum varia narrandi ratione lectori naſcantur incommoda, quantæ ſit utilitatis eos in unicum hiſtoriæ corpus conciliare, quibus modis jam digeſtæ ſint evangelicæ conciliationes ſeu concordiæ, qua arte & quanta diligentia tale opus a me fuerit elaboratum.

EVANGELIUM Greca vox eſt, *bonum nuntium* ſignificans: verum juxta communem Eccleſiæ uſum per hanc vocem intelligimus ſacram Domini noſtri Jeſu Chriſti Hiſtoriam, eo quod Hiſtoria illa complectatur nuntium ab illo nobis allatum de noſtra cum Deo reconciliatione.

MULTI ſcribendum Evangelium ſuſceperunt: ſed quatuor tantum illud divino ſcripſiſſe Spiritu tenet Eccleſia.

Primus illorum quatuor Evangeliſtarum eſt Matthæus, unus ex duodecim Apoſtolis. Per multos annos Evangelium in Judæa prædicavit; & antequam ad alias gentes proficiſceretur, illud ſcripto reliquit Judæis, inquit Euſebius lib. 3. cap 24. Hiſt. Eccl.

Secundus Evangeliſtarum eſt Marcus, Apoſtoli Petri diſcipulus & interpres. Cum Apoſtolus ille Romam veniſſet, ibique Evangelium prædicaſſet, Romani ad fidem converſi rogaverunt Marcum ut mira, quæ de Chriſto audierant, ipſis deſcriberet, inquit Euſebius lib. 2. cap. 15. Hiſt Eccl. Etſi autem Evangelium à magiſtro ſuo Petro optime didicerat ille diſcipulus, tamen in eo ſcribendo Matthæi quoque volumine uſus eſt; multaque retulit eodem plane modo ac ille; alia vero brevius, alia fuſius. Pauca etiam addidit, & plura præter miſit.

Tertius Evangeliſtarum eſt Lucas, Apoſtoli Pauli diſcipulus. Satis declarat in ſuo proœmio ſe ſcripſiſſe Evangelium juxta fideliſſima teſtimonia, neque dubium eſt quin inter illa numerandi ſint Matthæi & Marci codices. Multa narrat à duobus illis Evangeliſtis prætermiſſa, & multa prætermittit ab illis narrata: plurima vero memorat quæ ſibi aut cum Matthæo, aut cum Marco, aut cum utroque communia ſunt; eaqueexprimit modo iiſdem verbis, modo diverſis; modo circumſtantias aut ſententias addit, modo omittit.

Ultimus Evangeliſtarum eſt Joannes, unus ex duodecim Apoſtolis. Occaſione quorumdam hæreticorum, qui divinitatem Chriſti negabant, ſcripſit Evangelium, id flagitantibus omnibus pene tunc Aſiæ Epiſcopis, & multarum Eccleſiarum legationibus, inquit D. Hieronymus præf. in Matth. Quapropter in referendis Chriſti ſermonibus, qui divinitatem ejus adſtruunt, imprimis occupatur; & ex illius factis nonniſi notabiliora quædamexhibet. Pleraque ex iis quæ alii notarunt Evangeliſtæ prætermittit: quando vero cum illis loquitur, plerumq; perſtringit quod fuſius memorant; & quod perſtringunt, fuſius enarrat.

Ut quiſque meminerat (inquit D. Auguſtinus lib. 2. de conſ. Evang. cap. 12.) *& ut cuique cordi erat, vel brevius vel prolixius, eamdem tamen explicare ſententiam, ita eos explicaſſe manifeſtum eſt.* Ex parte ſua diligentiam omnem adhibuerunt ut nihil quidquam alienum a veritate ſcriberent; ſuumque propoſitum (mentes eorum dirigente Spiritu ſancto) fideliter executi ſunt: quomodo vero facta dictaque exprimerent, aut quo narrarent ordine, non itacuraverunt. Quapropter multa ſine cohærentia & extra proprium locum referunt: ſæpe continua narratione conjungunt quæ longo disjuncta ſunt intervallo; & ſæpe quæ priora ſunt, faciunt poſteriora; & quæ poſteriora, priora.

Ex eorum vario ordine & varia narrandi ratione liquet quantùm lectori ſtudioſo naſcatur negotii, & conſequenter quantæ ſit utilitatis eos conciliare in unicum hiſtoriæ corpus, ubi ſingula ſuo loco reſtituantur & integra habeantur Hoc præſtare jam multi conati ſunt, variæ jam in lucem prodierunt Evangelicæ Conciliationes ſeu Concordiæ, earumque nonnullæ merito jure laudatæ ſunt; ſed nondum ullam reperire eſt in qua non multa deſiderentur, ſive rerum ſeries ſpectetur, ſive verborum diſpoſitio & diſtinctio.

Alii narrationes Evangeliſtarum, cum res eadem a pluribus refertur, diſtinctis columnis integras & continuas proponunt; vel aliam ſub alia collocant: ſicque non plena & cohærens habetur Chriſti Hiſtoria, qui Concordiarum Evangelicarum ſcopus eſſe debet; ſed talis, ut & eadem res frequenter ſit repetenda, & novo labore opus, ut perſpiciatur quid quiſque Evangeliſta ſingulare habeat, quid cum aliis commune.

Alii diſtinctis quoque columnis ſingulos Evangeliſtas exhibent: ſed eorum narrationes ſecant per particulas, quas e regione cujuſque collocant, ut facilius perſpiciatur quot & quinam idem aſſerant; & præterea indicant in quanam columna unamquamque particulam lector quærere debeat, ſi ſemel tantum eam legere velit, & continuam hiſtoriam ex tempore formare. Verum in tali hiſtoria ſic formanda liquet quanta ſit opus attentione, & quantum laboret memoria dum oculi ſignorum ſive notarum auxilio verba hinc & inde colligunt. Omitto quod cum in pleriſque rebus enarrandis non eumdem teneant Evangeliſtæ ſententiarum ordinem, nec unius narratio ad alterius narrationem in Concordiis illis ubi neceſſe eſt reducatur, ſæpe eadem ſententia pluries occurrit, in principio lectionis ſecundum unum Evangeliſtam, in medio ſecundum alium, & in fine ſecundum alium.

Alii textum unicum conficiunt ex omnibus Evangeliſtarum verbis quæ ſimul quadrare poſſunt, rejectis ad marginem aliis quæ non poſſunt; & tam in margine quam in contextu notant quot & quorumnam Evangeliſtarum ſit unumquodque verbum. Hac quidem via exhiberi poteſt plena concinneque cohærens Evangelica Hiſtoria: ſed cum pleriſque in locis innumera verba ad marginem rejicienda ſint, admodum difficile eſt Evangeliſtarum quemque ſeorſim legere, & alios cum aliis conferre; ut videre eſt apud Janſenium Gandavenſem, Dionyſium Amelote, Bernardum Lamy, & alios, qui hanc tenent viam, Concordiſtas.

In Concordia Theologi cujuſdam Pariſienſis, quæ typis Caroli Savreux edita eſt anno 1654, uniuſcujuſque Evangeliſtæ verba ſeparatim referuntur; & omnes ſic inter ſe permixti ſunt, ut qui clarius vel uberius ſententiam exprimit, ſemper in contextu collocetur; appoſitis & ſibi invicem ſubjectis in margine aliis qui vel diverſis vel iiſdem verbis idem aſſerunt. Plenam igitur & continuam

exhibet Autor ille Evangelicam Hiſtoriam, & facile apud eum Evangeliſtarum quiſque ſeorſim legi poteſt: ſed ubi quatuor omnes aut tres tantum rem eamdem referunt, non ſatis expedite perſpici poteſt quid ſigulorum proprium, quid duorum, pluriumve, & quorum commune ſit. Præterea cum non ſemper eumdem teneant ſententiarum ordinem, nec unius narrationem ad narrationem alterius reducat quoties opus eſt; ſæpe accidit ut eamdem ſententiam pluries in contextu ſuo exprimat, hîc ex uno Evangeliſta, illic ex alio: unde & ejus Concordia (licet omnium accuratiſſima) non tam plenam quam redundantem exhibet Evangelicam Hiſtoriam.

ITAQUE multos per annos omnem navavi operam ut fidelibus exhiberem Evangelicam Concordiam in qua res omnes meliùs ordinarentur, quàm in omnibus aliis, & in qua accuratius & quidem lectori longe commodius verba diſponerentur. Ordinis mei ratio ſatis colligitur ex obſervationibus meis in ordinem quo ſcripſerunt Evangeliſtæ: de arte autem qua utor in diſponendis eorum verbis & in texendo ex illis Hiſtoriæ filo, hîc mihi diſſerendum eſt.

EVANGELISTARUM quemque prima ſui nominis litera denoto: ſed cum Matthæus & Marcus eamdem habeant primam literam, majuſcula M. Matthæum ſignificat, minuſcula m. Marcum.

UBI plures Evangeliſtæ rem eamdem referunt, eos, prout ſimul loquuntur, e regione cujuſque colloco; ita ut uno eodemque intuitu perſpiciatur a quot & quibuſnam Evangeliſtis unaquæque ſententia ſcripta ſit, nulloque negotio cernere liceat quomodo ab unoquoque ſit expreſſa. Cum in aliquem fixos habes oculos, non potes quin ſimul videas & alios; neque umquam tibi quærendi ſunt vel ſuperius, vel inferius, vel ſub ſeſe ad latus, vel in margine, ſicut in omnibus aliis Concordiis.

CUM in eadem re narranda diverſum tenent ſententiarum ordinem, ſemper ad narrationem illius qui eas magis naturali refert ordine, alterius narrationem redigo; ut unico in loco habeatur unaquæque ſententia. Nonnumquam etiam eorum inverto textum ad aliquam ambiguitatem tollendam; ut videre eſt in aticulo 80, ubi Lucæ textum inverto, ne pronomen *eos* referatur ad Phariſæos & Legis-doctores. Quoties autem Evangeliſtarum textus invertitur, aut non continuatur ante vel poſt ſe-

quentem titulum, illius ſeriem indicat vel una ex his literis a· b· c· d· e· f· g· h· i· vel numerus Arabicus. Si ergo Evangeliſtarum aliquem legere volueris juxta ordinem quo ſcripſit, ſume ubique literam quæ eum deſignat: cumque legendo omnia verba, quæ ipſam ſequuntur, in fine hujuſce lineæ — reperies unam ex his literis a· b· c· &c. eamdem literam quære in eodem Evangeliſta & in eodem articulo: cum vero in fine lineæ numerum invenies, vade ad articulum hoc numero deſignatum. Verbi gratia, ſi Matthæum legere volueris in articulo 71 juxta ordinem quo ſcripſit, reperies: *Veſpere autem facto, obtulerunt ei multos dæmonia habentes. Et ejiciebat ſpiritus verbo, & omnes male habentes curavit; ut adimpleretur quod dictum eſt per Iſaiam Prophetam dicentem: Ipſe infirmitates noſtras accepit, & ægrotationes noſtras portavit.* Si pergere volueris, vade ad articulum 74, & invenies: *Videns autem Jeſus turbas multas circum ſe, &c.*

Quemlibet ſeorſim juxta Concordiæ ordinem ſine labore & ſine hiatu legere poteris, percurrendo literam quæ eum deſignat, & ſumendo omnia verba quæ ipſam ſequuntur, nulla habita ratione indiciorum a· b· c· &c.

In hac igitur Evangeliſtarum Concordia ſingulari facilitate ubique cernitur quot, quinam & quomodo loquantur, duplicique ordine unuſquiſque ſeorſim integer legi poteſt; nullo ſcilicet verbo vel adempto, vel addito, vel immutato. Verum, quod utilius eſt, quod gratius, quod pia curioſitate dignius, unicam hiſtoriæ ſeriem numeris omnibus abſolutam habebis, ſi omnia & ſola verba nigra legeris. Ubi enim plures Evangeliſtæ ſimul loquuntur, ſi æque claris, ſignificantibus, & Hiſtoriæ filo congruentibus verbis ſententiam efferunt, nigris literis primum ſcribo, alios vero rubris: ſi quis melius ſententiam exprimit, ipſum nigris ſcribo literis: ſi alius in initio ſuæ columnæ, alius in medio, alius in fine clarius loquitur, aut verbum aliquod habet peculiare vel Hiſtoriæ contextui magis aptum, hæc omnia & ſola loca facio nigra, ſic lineas diſponens, ut omnia columnarum verba nigra ſibi occurrant, continuamque narrationem efficiant. Ut ergo ex omnibus verbis nigris contextus unicus habeatur, tranſverſe luſtrandæ ſunt columnæ quaſi lineæ producerentur a margine ad marginem.

Exempli cauſa , in ſubjectis columnis verba nigra ſic legenda ſunt : *Et exeuntes ſpiritus immundi ab homine , introierunt in porcos : & ecce magno impetu abiit totus grex per præceps in mare, ad duo millia; & ſuffocati ſunt in aquis,*

M At illi exeuntes , abierunt in porcos:............ & ecce impetu abiit totꝰgrex per præceps in mare,	m. Et exeuntes ſpiritus immundi ĩtroierũt in porcos; & magno impetu grex præcipitatus eſt in mare,	L Exierũt ergo dæmonia ab homine, & intraverunt in porcos : & impetu abiit grex per præceps in ſtagnum,

m. ad duo millia;

M & mortui ſunt in aquis.	m. & ſuffocati ſunt in 'mari.	L & ſuffocatus eſt.

Puncta continua quæ nonnumquã occurrunt, non indicant aliquid ibi deeſſe; ſed tantũ ad perficiẽdas lineas poſita ſũt.

Si verbum aliquod addendum eſt ob narrationis cohærentiam , illud in margine cum ſtellula reperies e regione ſtellulæ poſitæ in eo contextus loco ubi legendum eſt. Verbi gratia , in ſubjectis columnis ſic leges : *& natum aruit; quia non habebat radicem , neque humorem. Et aliud cecidit inter ſpinas : & ſimul creverunt ſpinæ, & ſuffocaverunt illud.*

M & quia non habebant radicẽ, aruerũt. Alia autem ceciderunt in ſpinas : &..... creverũt ſpinę,& ſuffocaverunt ea.	m & eo quod non habebat radicem,* exaruit. Et aliud cecidit ĩ ſpinas:& aſcẽderũt ſpinæ,& ſuffocaverũt illud.	L & natũ aruit; quia non habebat......... humorem. Et aliud cecidit inter ſpinas: & ſimul exortæ ſpinæ ſuffocaverunt illud.

* neque

Si quando ad connectendam narrationem aut ad ambiguitatem tollendam verbum aliquod immutandum eſt, ut pronomen in nomen, terminatio una in aliam , inter hos apices ' ' incluſum illud invenies , & leges non quale ibi eſt , ſed quale eſt in margine. Verbi gratia , in articulo 162 non leges *intelligit , voluptatibus ;* ſed *intelligunt , voluptates :* & in articulo 186 non leges *eos* , ſed *turbas.*

Nonnumquam etiam in ipſo Evangeliſtarum textu per

ſolam characteris differentiam fit hæc dictionum immutatio, ut hoc in loco:

m. qui cum ſeditioſis	L qui erat propter ſeditionem
erat vinctus, qui in	quamdam..........................
ſeditione..................	factam in civitate & homicidiũ
fecerat homicidium.	miſſus in carcerem.

ubi leges: *qui cum ſeditioſis erat vinctus, qui in quadam ſeditione facta in civitate fecerat homicidium.*

Itaque in proprio Evangeliſtarum textu nullum verbum eſt aut additum, aut in aliud mutatum, aut quocumque modo deflexum: ſed neque ex eorum verbis ullum ullius momenti deeſt in Hiſtoriæ filo quantum ad ſenſum; ſiquidem omnia verba rubra nihil quidquam continent, quod non aut plenius, aut clarius, aut certe æque bene charactere nigro ſit expreſſum. Unde, ſi Evangeliſtas conferre non duxeris neceſſarium, ſed ſine mentis diſſipatione ſolam Evangelicam Hiſtoriam legere volueris, plenam, integram, recte ordinatam, continuam, cohærentem, concinnam, & perſpicuam eam habebis: quin & inter legendum ubique vel invitus perſpicies an alii Evangeliſtæ & quinam id quod legis adſtruant.

Ars ſane illa, qua utor in diſponendis Evangeliſtarum verbis & in formando ex illis Hiſtoriæ filo, quam ſit commoda, uſu quiſque diſcere poterit. Illud tantum adverſus eam afferri poſſe video, quod in legenda Hiſtoria, modo in iſtam, modo in alteram columnam diſtorquendi ſunt oculi. Verum futilis eſt ea objectio: nulla enim attentione opus eſt in verbis nigris inter rubra ſumendis; ipſa percellunt oculos.

Illud etiam animadverſione dignum eſt, quod non tantum obſervavi ut in legendis verbis nigris e columna in columnam naturaliter & ſine indiciorum ope lector tranſire poſſet; ſed etiam ut ad majorem concinnitatem omnibus in columnis ſibi invicem appoſitis idem eſſet linearum numerus. Quod utrumque ſimul præſtare etſi ſæpiſſime difficillimum eſt, ubique tamen eſt præſtitum; excepto quod in pauciſſimis quibuſdam locis nullatenus eumdem linearum numerum habere potuerunt columnæ.

Ut facilius intelligas & menti tuæ tenacius hæreat quanta ſint hujuſce Concordiæ commoda, breviter hîc

ea conferam cum incommodis quæ in legendis Evangeliſtarum codicibus occurrunt. Si in Teſtamento Novo totam Domini noſtri Jeſu Chriſti Hiſtoriam videre volueris, apud unumquemque e quatuor Evangeliſtis ea tibi legenda eſt, eo quod & facta & dicta in aliis reperiantur, in aliis deſiderentur: In hac vero Concordia omnia in unicum Hiſtoriæ corpus redacta ſunt. In legendis quatuor Evangeliſtis, ſæpe apud alios tibi occurrunt quæ apud alios jam legiſti: In hac vero Concordia ſemel tantum ſingula referuntur, proindeque numquam eadem pluries tibi legenda ſunt. Pleraque ex iis quæ a pluribus Evangeliſtis narrantur, apud unumquemque eorum integra non habentur, neque eodem ordine diſpoſita: quin & adeo diverſe ac diverſis occaſionibus referuntur, ut inter ſe pugnare videantur Evangeliſtæ: In hac vero Concordia ſingula reperiuntur integra & ita ordinata ac expoſita, ut inter Evangeliſtas conſenſus ſtatuatur perfectiſſimus. Cum apud unum Evangeliſtam aliquid obſcuri reperis, neſcis num alius idem clarius exprimat: In hac vero Concordia ubique & uno obtutu perſpicis quot, quinam & quomodo loquantur. Etſi eorum ſcripta conferres ubi de re eadem agitur, non propterea plenam & continuam narrationem haberes: In hac vero Concordia, præterquam quod uno eodemque tempore ac loco videre potes varias illorum elocutiones, & quam ſibi mutuò lucem afferant; unicum ex eorum verbis clarioribus & expreſſioribus conflatum habes textum cohærentem & concinnum, nec tibi pluries eadem legenda eſt ſententia. Apud ſacros illos Scriptores multa reperiuntur quæ intellectu difficilia ſunt eo quod disjuncta ſint ab iis quorum occaſione aut dicta aut facta ſunt: In hac vero Concordia ſic aliis alia junguntur, ut omnia perſpicua fiant.

Hoc opus diviſi in quamplurimos potui articulos, non tantum habita ratione materiarum, ſed etiam notabiliorum cujuſque Evangeliſtæ textûs tranſpoſitionum; ut in indicibus magis præciſe & expedite notarem ubinam ſingula facta & dicta, Evangeliſtarumque capita & verſiculi contineantur: Unde fit ut articuli 28. 160. 176. 177. 178. 276. 330. 353. 395. 427. 431 458. 466. 467. admodum breves ſint, & in quibuſdam eorum ne integer quidem ſenſus habeatur.

Res omnes præcipuæ brevibus & exquiſitis illuſtrantur titulis, qui numericis notis non diſtinguntur, eo quod

juxta ſolos articulos compoſiti ſint omnes hujuſce libri indices.

Sub titulis, & aliquando ſæpius, notatur ex quibuſnam Evangeliſtis & ex quibuſnam ipſorum capitibus verſiculi inferius expreſſi deſumpti ſint.

Cum ex duobus ejuſdem Evangeliſtæ capitibus verba referuntur in eodem articulo (quod accidit in articulis 103.104.355.) duobus modis tam ſub titulo quam in textu notatur, more ſolito, & cum parvula cruce.

Nonnumquam in textu reperitur linea perpendicularis alicui numero appoſita, ut ſic in articulo 20. M. 25| Hæc linea indicat initium verſiculi ibi deeſſe.

Quolibet folio verſo, id eſt ad ſiniſtram, in ſuperiori parte marginis, propter lectoris commoditatem notatur ex quibuſnam Evangeliſtis & ex quibuſnam ipſorum capitibus deprompta ſint verba quæ ſequuntur uſque ad proximum titulum.

Ut per pauſas & diverſis diebus commode legi poſſet Evangelica Hiſtoria, eam duxi dividendam in partes quaſdam notabiles quæ inter ſe non eſſent intricatæ. Iſtæ autem partes ſeu ſectiones opportune & quaſi myſterii cauſa occurrerunt numero quatuordecim. Qui quotidie mane & veſpere in exercitiis ſuis ſpiritualibus ſectionem unam legere voluerit, integram Chriſti Hiſtoriam ſingulis hebdomadibus facile luſtrabit. Quolibet folio recto, id eſt ad dexteram, in ſuperiori parte marginis, propter lectoris cōmoditatem quota ſit ſectio numerus Romanus indicat.

Approbatio Cenſoris pro privilegio.

LIBRUM manuſcriptum, cui titulus eſt *Concordia quatuor Evangeliſtarum, &c.* juſſu illuſtriſſimi atque ampliſſimi Galliarum Cancellarii legi, nihilque in eo deprehendi quod impedire poſſit quin typis mandetur. Lutetiæ Pariſiorum die vigeſima-octava menſis Novembris. *1695.*

FERRAND.

Approbatio Doctorum à ſacra Facultate Theologiæ Pariſienſi deputatorum.

NOs infra ſcripti Doctores in ſacra Facultate Theologiæ Pariſienſis teſtamur nos ex mandato ſacræ Facultatis legiſſe, examinaſſe, & cenſuiſſe Librum ſub hoc titulo *Concordia quatuor Evangeliſtarum &c.* cum Annotationibus in varia Evangelii loca, Autore Domino SEBASTIANO LE ROUX Preſbytero & Paſtore de Andevilla in Diœceſi Carnotenſi, nihilque in illo novo verborum ſancti Evangelii contextu, aut Annotationibus deprehendiſſe fidei Catholicæ aut bonis moribus contrarium. Datum Pariſiis feria ſexta, die 23 menſis Januarii, anno Domini milleſimo ſexcenteſimo nonageſimo nono.

BLAMPIGNON Capicerius & Paſtor S. Mederici.

GARSON Paſtor Eccleſiæ S. Landerici.

J. VIVANT.

Alia Approbatio.

SUmmâ curâ, nec minori cum animi voluptate perlegi opus, cui titulus eſt *Concordia quatuor Evangeliſtarum &c.* Metuebam primùm ne author actum ageret, ac poſt tam multas, quæ in lucem editæ ſunt, Concordias, hæc ſerior prodiret. Verum ubi paulò curioſius perluſtravi columnas illas nigrantis & rubei coloris tam ingenioſe excogitatas & juxta ſeſe invicem tam ſcite appoſitas, intellexi eam fore lectori longe commodiſſimam. Nec eo ſtetit authoris diligentia; ſed prætereà Hiſtoriæ Evangelicæ ſeriem tam accuratè contexuit, ut non quatuor, ſed unum eumdemque narratorem jam audire videamur. Nihil obſcurum, nihil intricatum lector offendet: ſed omnia plana, perſpicua, ſibi apte cohærentia, ac ſuis quæque locis concinne diſtributa. Denique ex toto opere ſacrum Chriſti Evangelium legentibus lux maxima affulget, nedum in eo quidquam reperiatur quod ſacræ fidei aut ſacri textus integritati vel minimum adverſetur. Sic cenſeo Carnuti die 27 Octobris. 1698.

B. MARESCHAUX, *Doctor & ſocius Sorbonicus, in inſigni Eccleſia Carnotenſi Canonicus & Archidiaconus, necnon Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi Domini Epiſcopi Carnotenſis Vicarius Generalis.*

CONCORDIA

CONCORDIA

QUATUOR

EVANGELISTARUM.

PROOEMIUM EX S. LUCA.

L. 1.

1 QUONIAM quidem multi conati ſunt §. 1.
ordinare narrationem, quæ in nobis cō-
pletæ ſunt, rerum, 2 ſicut tradiderunt
nobis, qui ab initio ipſi viderunt, & mi-
niſtri fuerunt ſermonis; 3 viſum eſt &
mihi, aſſecuto omnia à principio dili-
genter, ex ordine tibi ſcribere, optime
Theophile, 4 ut cognoſcas eorum verborum, de quibus
eruditus es, veritatem.—*6*

SECTIO I.

De Verbo incarnato.

J. 1.

2. 1 IN principio erat Verbum, & Verbum erat apud §. 2.
Deum, & Deus erat Verbum. 2 Hoc erat in prin-
cipio apud Deum. 3 † Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine † Gen. 1.
ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt. 4 In ipſo vita erat,
& vita erat lux hominum: 5 & lux in tenebris lucet, &

† Act. 31. tenebræ eam non comprehenderunt. 6 † Fuit homo miſ-
ſus à Deo, cui nomen erat Joannes. 7 Hic venit in teſti-
monium, ut teſtimonium perhiberet de lumine, ut omnes
crederent per illum. 8 Non erat ille lux, ſed ut teſtimo-
nium perhiberet de lumine. 9 Erat lux vera, quæ illumi-
nat omnem hominem venientem in hunc mundum. 10 In
mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt, & mundus
eum non cognovit. 11 In propria venit, & ſui eum non
receperunt. 12 Quotquot autem receperunt eum, dedit eis
poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine ejus;
13 qui, non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis,
neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt. 14 Et
† Act. 8. & 15. † Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis (& vidi-
mus gloriam ejus, gloriam quaſi unigeniti à Patre) ple-
num gratiæ & veritatis.—44.

§. 3. 3. 16 Et de plenitudine ejus nos omnes accepimus, &
gratiam pro gratia: 17 quia lex per Moyſen data eſt, gra-
tia & veritas per Jeſum Chriſtum facta eſt. 18 Deum ne-
mo vidit umquam: unigenitus Filius, qui eſt in ſinu Pa-
tris, ipſe enarravit.—37.

M. 1.

§. 4. 4. 1 LIBER GENERATIONIS JESU CHRISTI
FILII DAVID, FILII ABRAHAM.

2 Abraham genuit Iſaac. Iſaac autem genuit Jacob. Ja-
cob autem genuit Judam, & fratres ejus. 3 Judas autem
genuit Phares & Zaram de Thamar. Phares autem genuit
Eſron. Eſron autem genuit Aram. 4 Aram autem genuit
Aminadab. Aminadab autem genuit Naaſſon. Naaſſon au-
tem genuit Salmon. 5 Salmon autem genuit Booz de Ra-
hab. Booz autem genuit Obed ex Ruth. Obed autem ge-
nuit Jeſſe. Jeſſe autem genuit David Regem. 6 David au-
tem Rex genuit Salomonem ex ea quæ fuit Uriæ. 7 Salo-
mon autem genuit Roboam. Roboam autem genuit Abiam.
Abias autem genuit Aſa. 8 Aſa autem genuit Joſaphat. Jo-
ſaphat autem genuit Joram. Joram autem genuit Oziam.
9 Ozias autem genuit Joatham. Joatham autem genuit
Achaz. Achaz autem genuit Ezechiam. 10 Ezechias autem
genuit Manaſſen. Manaſſes autem genuit Amon. Amon
autem genuit Joſiam. 11 Joſias autem genuit Jechoniam,

& fratres ejus in tranſmigratione Babylonis. 12 Et poſt
tranſmigrationem Babylonis Jechonias genuit Salathiel.
Salathiel autem genuit Zorobabel 13 Zorobabel autem
genuit Abiud. Abiud autem genuit Eliacim. Eliacim autem
genuit Azor. 14 Azor autem genuit Sadoc. Sadoc autem
genuit Achim. Achim autem genuit Eliud. 15 Eliud au-
tem genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Mathan. Ma-
than autem genuit Jacob. 16 Jacob autem genuit Joſeph
virum Mariæ, de qua natus eſt JESUS, qui vocatur
CHRISTUS. 17 Omnes itaque generationes ab Abra-
ham uſque ad David, generationes quatuordecim: & à
David uſque ad tranſmigrationem Babylonis, generatio-
nes quatuordecim: & à tranſmigratione Babylonis uſque
ad Chriſtum, generationes quatuordecim.—14

L. 3.

§. 5.

5. * ut putabatur filius Joſeph, qui fuit Heli, qui fuit *Jeſus autem
Mathat; 24 qui fuit Levi, qui fuit Melchi, qui fuit Jan-
ne, qui fuit Joſeph, 25 qui fuit Mathathiæ, qui fuit Amos,
qui fuit Nahum, qui fuit Heſli, qui fuit Nagge, 26 qui
fuit Mahat, qui fuit Mathathiæ, qui fuit Semei, qui fuit
Joſeph, qui fuit Juda, 27 qui fuit Joanna, qui fuit Reſa,
qui fuit Zorobabel, qui fuit Salathiel, qui fuit Neri,
28 qui fuit Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Coſan, qui fuit
Elmadan, qui fuit Her, 29 qui fuit Jeſu, qui fuit Eliezer,
qui fuit Jorim, qui fuit Mathat, qui fuit Levi, 30 qui
fuit Simeon, qui fuit Juda, qui fuit Joſeph, qui fuit Jo-
na, qui fuit Eliakim, 31 qui fuit Melea, qui fuit Menna,
qui fuit Mathatha, qui fuit Nathan, qui fuit David, 32
qui fuit Jeſſe, qui fuit Obed, qui fuit Booz, qui fuit Sal-
mon, qui fuit Naaſſon, 33 qui fuit Aminadab, qui fuit
Aram, qui fuit Eſron, qui fuit Phares, 34 qui fuit Judæ,
qui fuit Jacob, qui fuit Iſaac, qui fuit Abrahæ, qui fuit
Thare, qui fuit Nachor, 35 qui fuit Sarug, qui fuit Ragau,
qui fuit Phaleg, qui fuit Heber, qui fuit Sale, 36 qui fuit
Cainan, qui fuit Arphaxad, qui fuit Sem, qui fuit Noe,
qui fuit Lamech, 37 qui fuit Mathuſale, qui fuit He-
noch, qui fuit Jared, qui fuit Malaleel, qui fuit Cainan,
38 qui fuit Henos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit
Dei.—39

Cùm adeo diverſa ratione genealogiam Chriſti conficiant Matthæus & Lucas, ut unius verba è regione verborum alterius collocari non poſſint; hîc expono tabulam in qua facilè cernere licet quænam ſit inter eos varietas.

GENEALOGIA CHRISTI.

Secundum Lucam.

Adam.
Seth.
Henos.
Caïnan.
Malaleel.
Jared.
Henoch.
Mathuſale.
Lamech.
Noe.
Sem.
Arphaxad.
Cainan.
Sale.
Heber.
Phaleg.
Ragau.
Sarug.
Nachor.
Thare.

Secundum Matthæum & Lucam.

1. Abraham.
2. Iſaac.
3. Jacob.
4. Judas.
5. Phares.
6. Eſron.
7. Aram.
8. Aminadab.
9. Naaſſon.
10. Salmon.
11. Booz.
12. Obed.
13. Jeſſe.

14. David.

Secundùm Matthæum.		Secundùm Lucam.
1. Salomon.		Nathan.
2. Roboam.		Mathatha.
3. Abias.		Menna.
4. Aſa.		Melea.
5. Joſaphat.		Eliakim.
6. Joram.....	Joram genuit Ochoziam.	Jona.
....	Ochozias genuit Joam.	Joſeph.
....	Joas genuit Amaſiam.	Juda.
....	Amaſias genuit Oziam,	Simeon.
7. Ozias.	qui & Azarias dicitur	Levi.
8. Joatham.	1. Paral. 3. 11. 12.	Mathat.
9. Achaz.		Jorim.
10. Ezechias.		Eliezer.
11. Manaſſes.		Jeſus.
12. Amon.		Her.
13. Joſias.		Elmadan.
14. Jechonias.	Rex ille vocatur etiam Jecho-	Coſan.
1. Jechonias.	nias in libro 3. Eſdræ c. 1. v. 34.	Addi.
2. Salathiel.	Verùm in lib. 4. Reg. c. 23. v.	Melchi.
	34. vocatur Eliacim & Joa-	Neri.
3. Zorobabel.	kim. Genuit filium qui dicitur	Salathiel.
	quoque & Joachin, 2. Par. 36.	Zorobabel.
4. Abiud.	8. & Jechonias, 1. Par. 3. 16.	Reſa.
	Et hic ſecundus Jechonias ge-	Joanna.
5. Eliacim.	nuit Salathielem. Hic autem	Juda.
	Salathiel & filius ejus Zoroba-	Joſeph.
6. Azor.	bel à quibuſdam exiſtimantur	Semei.
	iidem eſſe cum Salathiele &	Mathathias,
7. Sadoc.	Zorobabele à Luca recenſitis:	Mahat.
	ſed hæc opinio nullo ſtabili ni-	Nagge.
8. Achim.	titur fundamento.	Heſli.
	Cum certi myſterii cauſa ge-	Nahum.
9. Eliud.	nealogiam Chriſti in tres claſ-	Amos.
	ſes, quarum unaquæque qua-	Mathathias.
10. Eleazar.	tuordecim tantũ generationes	Joſeph.
	complecteretur, dividere ſibi	Janne.
11. Mathan.	propoſuiſſet Matthæus; præter-	Melchi.
	miſit Ochoziam, Joam & Ama-	Levi.
12. Jacob.	ſiam in ſecunda claſſe, & mul-	Mathat.
	tos alios in tertia.	Heli.

13. Joſeph.
14. JESUS.

Ad explicandum quanam ratione Joſeph eſſet filius Jacob & Heli, alii dicunt Jacob & Heli fuiſſe uterinos fratres, alteroque eorum mortuo non relictis uxori ſuæ liberis, alterum eam duxiſſe in uxorem, ut fratri ſuo mortuo ſemen ſuſcitaret juxta præceptum legis, Deut. 25. 5. ex eaque genuiſſe Joſephum; ſicque Joſephum fuiſſe filium legalem defuncti, naturalem vero illius à quo genitus fuerat.

Alii malunt dicere Heli brevitatis cauſa poſitum eſſe pro Heliachim, quod apud Hebræos idem eſt ac Joachim. Pater autem Mariæ vocabatur Joachim: ſi ergo ipſe eſt qui hîc dicitur Heli, inde ſequitur Joſephum vocari filium Heli propter Mariam conjugem ſuam.

Secundum poſteriorem opinionem Matthæus Chriſti genealogiam deducit per Joſephum qui pater ejus credebatur, & Lucas per Mariam matrem ejus: ſecundum vero priorem opinionem uterque eam per Joſephum deſcribit.

Cum autem Evangelium docet Joſephum fuiſſe ex ſemine David, ex eodem ſemine fuiſſe & Mariam conſequenter oſtendit; nam Joſephi conſanguinea erat.

Chriſtus dicitur filius David & filius Abraham, eo quod ex illis ortus eſſet ſecundum carnem juxta Dei promiſſa ad illos expreſſe facta. Atqui ex multis Evangelii locis conſtat eum ex Joſepho generatum non fuiſſe, ſed ex ſola Virgine Maria. Ergo Maria erat ex ſemine David ſicut & vir ejus Joſeph.

Conceptio Joannis.

L. I.

§. 6. 6. 5 Fuit in diebus Herodis Regis Judææ Sacerdos qui-
† 1. Par. 24. 10. dam nomine Zacharias de vice † Abia, & uxor illius de
filiabus Aaron, & nomen ejus Elizabeth. 6 Erant autem
juſti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis
& juſtificationibus Domini ſine querela; 7 & non erat il-
lis filius, eo quod eſſet Elizabeth ſterilis, & ambo proceſ-
ſiſſent in diebus ſuis. 8 Factum eſt autem, cum ſacerdotio
fungeretur in ordine vicis ſuæ ante Deum, 9 ſecundum
conſuetudinem ſacerdotii, ſorte exiit ut incenſum pone-
ret, ingreſſus in Templum Dñi: 10 & omnis multitudo
populi erat orans foris hora incenſi. 11 Apparuit autem illi

Angelus Dñi ſtans à dextris altaris incenſi. 12 Et Zacharias
turbatus eſt videns, & timor irruit ſuper eum. 13 Ait au-
tem ad illum Angelus: Ne timeas Zacharia; quoniam
exaudita eſt deprecatio tua; & uxor tua Elizabeth pariet
tibi filium, & vocabis nomen ejus Joannem: 14 & erit
gaudium tibi & exultatio, & multi in nativitate ejus gau-
debunt: 15 erit enim magnus coram Domino, & vinum
& ſiceram non bibet, & Spiritu ſancto replebitur adhuc
ex utero matris ſuæ; 16 & multos filiorum Iſrael conver-
tet ad Dominum Deum ipſorum: 17 & ipſe † præcedet † Mal. 4. 5.
ante illum in ſpiritu & virtute Eliæ, ut convertat corda
patrum in filios, & incredulos ad prudentiam juſtorum,
parare Domino plebem perfectam. 18 Et dixit Zacharias
ad Angelum: Unde hoc ſciam? ego enim ſum ſenex, &
uxor mea proceſſit in diebus ſuis. 19 Et reſpondens An-
gelus, dixit ei: Ego ſum Gabriel, qui aſto ante Deum;
& miſſus ſum loqui ad te, & hæc tibi evangelizare. 20 Et
ecce eris tacens, & non poteris loqui, uſque in diem quo
hæc fiant, pro eo quod non credidiſti verbis meis, quæ
implebuntur in tempore ſuo. 21 Et erat plebs expectans Za-
chariam; & mirabantur quod tardaret ipſe in Templo.
22 Egreſſus autem non poterat loqui ad illos: & cogno-
verunt quod viſionem vidiſſet in Templo, & ipſe erat in-
nuens illis, & permanſit mutus.

7. 23 Et factum eſt, ut impleti ſunt dies officii ejus, §. 7.
abiit in domum ſuam. 24 Poſt hos autem dies concepit
Elizabeth uxor ejus, & occultabat ſe menſibus quinque,
dicens: 25 Quia ſic fecit mihi Dominus in diebus, qui-
bus reſpexit aufferre opprobrium meum inter homines.

Incarnatio Christi.

L. I.

8. 26 In menſe autem ſexto miſſus eſt Angelus Gabriel §. 8.
à Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, 27 ad
virginem deſponſatam viro, cui nomen erat Joſeph, de
domo David, & nomen virginis Maria. 28 Et ingreſſus
Angelus ad eam, dixit: Ave gratia plena, Dominus tecum,
benedicta tu in mulieribus. 29 Quæ cum audiſſet, turbata
eſt in ſermone ejus, & cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio.
30 Et ait Angelus ei: Ne timeas Maria; inveniſti enim

gratiam apud Deum: 31 ecce concipies in utero, & paries
filium, & vocabis nomen ejus Jeſum. 32 Hic erit magnus,
& Filius Altiſſimi vocabitur: & dabit illi Dominus Deus
† Dan. 7. 14. ſedem David patris ejus; & † regnabit in domo Jacob in
æternum, 33 & regni ejus non erit finis. 34 Dixit autem
Maria ad Angelum: Quomodo fiet iſtud? quoniam virum
non cognoſco. 35 Et reſpondens Angelus, dixit ei: Spiritus
ſanctus ſuperveniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit
tibi; ideoque & quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur
Filius Dei. 36 Et ecce Elizabeth cognata tua, & ipſa
concepit filium in ſenectute ſua; & hic menſis ſextus eſt
illi quæ vocatur ſterilis: 37 quia non erit impoſſibile apud
Deum omne verbum. 38 Dixit autem Maria: Ecce ancilla
Domini, fiat mihi ſecundùm verbum tuum. Et diſceſſit
ab illa Angelus.

Maria visitat Elizabeth.

L. 1.

§. 9. 9. 39 Exurgens autem Maria in diebus illis, abiit in
montana cum feſtinatione, in civitatem Juda: 40 & intravit
in domum Zachariæ, & ſalutavit Elizabeth. 41 Et
factum eſt, ut audivit ſalutationem Mariæ Elizabeth, exultavit
iufans in utero ejus: & repleta eſt Spiritu ſancto
Elizabeth; 42 & exclamavit voce magna, & dixit: Benedicta
tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui.
43 Et unde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad
me? 44 Ecce enim ut facta eſt vox ſalutationis tuæ in auribus
meis, exultavit in gaudio infans in utero meo. 45 &
beata, quæ credidiſti, quoniam perficientur ea quæ dicta
ſunt tibi à Domino.

§. 10. 10. 46 Et ait Maria: Magnificat anima mea Dominum,
47 & exultavit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo; 48 quia
reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ: ecce enim ex hoc beatam
me dicent omnes generationes, 49 quia fecit mihi magna
qui potens eſt, & ſanctum nomen ejus, 50 & miſericordia
ejus à progenie in progenies timentibus eum.
51 Fecit potentiam in brachio ſuo: diſperſit ſuperbos mente
cordis ſui. 52 Depoſuit potentes de ſede, & exaltavit humiles.
53 Eſurientes implevit bonis, & divites dimiſit inanes.
54 Suſcepit Iſrael puerum ſuum, recordatus miſericordiæ
† Gen. 22. 16. ſuæ, 55 ſicut locutus eſt ad patres noſtros, † Abraham,

& ſemini ejus in ſæcula. [56] Manſit autem Maria cum illa quaſi menſibus tribus; & reverſa eſt in domum ſuam.

NATIVITAS ET CIRCUMCISIO JOANNIS.

L. 1.

11. [57] Elizabeth autem impletum eſt tempus pariendi, & peperit filium. [58] Et audierunt vicini & cognati ejus quia magnificavit Dominus miſericordiam ſuam cum illa, & congratulabantur ei. §. 11.

12. [59] Et factum eſt in die octavo, venerunt circumcidere puerum, & vocabant eum nomine patris ſui Zachariam. [60] Et reſpondens mater ejus, dixit: Nequaquam, ſed vocabitur Joannes. [61] Et dixerunt ad illam: Quia nemo eſt in cognatione tua qui vocetur hoc nomine. [62] Innuebant autem patri ejus quem vellet vocari eum. [63] Et poſtulans pugillarem, ſcripſit, dicens: Joannes eſt nomen ejus. Et mirati ſunt univerſi. [64] Apertum eſt autem illico os ejus, & lingua ejus, & loquebatur benedicens Deum. [65] Et factus eſt timor ſuper omnes vicinos eorum: & ſuper omnia montana Judææ divulgabantur omnia verba hæc. [66] Et poſuerunt omnes qui audierant, in corde ſuo, dicentes: Quis, putas, puer iſte erit? etenim manus Domini erat cum illo. §. 12.

13. [67] Et Zacharias pater ejus repletus eſt Spiritu ſancto; & prophetavit, dicens: [68] Benedictus Dominus Deus Iſrael, quia viſitavit, & fecit redemptionem plebis ſuæ, [69] & erexit cornu ſalutis nobis in domo David pueri ſui, [70] ſicut † locutus eſt per os ſanctorum, qui à ſæculo ſunt, Prophetarum ejus, [71] ſalutem ex inimicis noſtris, & de manu omnium qui oderunt nos [72] (ad faciendam miſericordiam cum patribus noſtris, & memorari teſtamenti ſui ſancti, [73] † jusjurandum quod juravit ad Abraham patrem noſtrum) daturum ſe nobis; [74] ut ſine timore, de manu inimicorum noſtrorum liberati, ſerviamus illi [75] in ſanctitate & juſtitia coram ipſo omnibus diebus noſtris. [76] Et tu puer, Propheta Altiſſimi vocaberis; præibis enim ante faciem Dñi parare vias ejus, [77] ad dandam ſcientiam ſalutis plebi ejus, in remiſſionem peccatorum eorum [78] per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, in quibus viſitavit nos † Oriens ex §. 13.

† Jer. 23. 5.
† Gen. 22. 16.
† Zach. 3. 8.

alto, 79 illuminare his qui in tenebris & in umbra mortis
ſedent, ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis. 80 Puer
autem creſcebat, & confortabatur ſpiritu: & erat in de-
† Act 32. ſertis uſque in diem † oſtenſionis ſuæ ad Iſrael.—15

Josephi suspicio.

M. 1.

§. 14. 14. 18 Chriſti autem generatio ſic erat. Cum eſſet deſ-
ponſata mater ejus Maria Joſeph, antequam convenirent
inventa eſt in utero habens de Spiritu ſancto. 19 Joſeph au-
tem vir ejus, cum eſſet juſtus, & nollet eam traducere,
voluit occulte dimittere eam. 20 Hæc autem eo cogitante,
ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis ei, dicens: Jo-
ſeph fili David, noli timere accipere Mariam conjugem
tuam: quod enim in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt.
21 Pariet autem filium: & vocabis nomen ejus Jeſum: ipſe
enim ſalvum faciet populum ſuum à peccatis eorum. 22
Hoc autem totum factum eſt, ut adimpleretur quod di-
† Iſ. 7. 14. ctum eſt à Domino per Prophetam dicentem: 23 † Ecce
virgo in utero habebit, & pariet filium: & vocabunt no-
men ejus Emmanuel: quod eſt interpretatum, Nobiſcum
Deus. 24 Exurgens autem Joſeph à ſomno, fecit ſicut
præcepit ei Angelus Domini, & accepit conjugem ſuam.
25 Et non cognoſcebat eam donec peperit filium ſuum pri-
mogenitum.

Nativitas et circumcisio Christi.

M. 1. L. 2.

§. 15. 15. L. 1 Factum eſt autem in diebus illis, exiit edictum
à Cæſare Auguſto, ut deſcriberetur univerſus orbis. 2 Hæc
deſcriptio prima facta eſt à præſide Syriæ Cyrino. 3 Et
ibant omnes, ut profiterentur ſinguli in ſuam civitatem.
4 Aſcendit autem & Joſeph à Galilæa de civitate Nazareth,
in Judæam, in civitatem David, quæ vocatur Bethleem;
eo quod eſſet de domo & familia David; 5 ut profiteretur
cum Maria deſponſata ſibi uxore prægnante. 6 Factum eſt
autem, cum eſſent ibi, impleti ſunt dies ut pareret. 7 Et
peperit filium ſuum primogenitum, & pannis eum invol-
vit, & reclinavit eum in præſepio; quia non erat eis lo-
cus in diverſorio.

16. 8 Et paſtores erant in regione eadem vigilantes, & §. 16.
cuſtodientes vigilias noctis ſuper gregem ſuum. 9 Et ecce
Angelus Domini ſtetit juxta illos, & claritas Dei circum-
fulſit illos, & timuerunt timore magno. 10 Et dixit illis
Angelus: Nolite timere: ecce enim evangelizo vobis gau-
dium magnum, quod erit omni populo; 11 quia natus eſt
vobis hodie Salvator, qui eſt Chriſtus Dominus, in civi-
tate David. 12 Et hoc vobis ſignum: Invenietis infantem
pannis involutum, & poſitum in præſepio. 13 Et ſubito
facta eſt cum Angelo multitudo militiæ cæleſtis laudan-
tium Deum, & dicentium: 14 Gloria in altiſſimis Deo, &
in terra pax hominibus bonæ voluntatis.

17. 15 Et factum eſt, ut diſceſſerunt ab eis Angeli in Cœ- §. 17.
lum, paſtores loquebantur ad invicem: Tranſeamus uſque
Bethleem, & videamus hoc verbum quod factum eſt, quod
Dominus oſtendit nobis. 16 Et venerunt feſtinantes; & in-
venerunt Mariam, & Joſeph, & infantem poſitum in præ-
ſepio. 17 Videntes autem cognoverunt de verbo, quod di-
ctum erat illis de puero hoc.—19

18. 20 Et reverſi ſunt paſtores glorificantes & laudantes §. 18.
Deum in omnibus quæ audierant & viderant, ſicut di-
ctum eſt ad illos.—20

19. 18 Et omnes qui audierunt, mirati ſunt & de his §. 19.
quæ dicta erant à paſtoribus ad ipſos. 19 Maria autem con-
ſervabat omnia verba hæc, conferens in corde ſuo.—18

20. 21 Et poſtquam conſummati ſunt dies octo, ut cir- §. 20.
cumcideretur puer,

M. 25 | & vocavit nomen ejus Jeſum.	L. vocatum eſt nomen ejus Jeſus,

L. † quod vocatum eſt ab Angelo priuſquam in utero con- † Act. 8.
ciperetur.—22

A MAGIS ADORATUR.

M. 2.

§. 21. 21. 1 Cum ergo natus eſſet Jeſus in Bethleem Juda in
diebus Herodis Regis, ecce Magi ab Oriente venerunt Je-
roſolymam, 2 dicentes: Ubi eſt qui natus eſt Rex Judæo-
† Num. 24. 17. rum? vidimus enim † ſtellam ejus in Oriente, & venimus
adorare eum. 3 Audiens autem Herodes Rex, turbatus eſt,
& omnis Jeroſolyma cum illo. 4 Et congregans omnes
Principes Sacerdotum, & Scribas populi, ſciſcitabatur ab
eis ubi Chriſtus naſceretur. 5 At illi dixerunt ei: In Beth-
† Mich. 5. 2. leem Judæ; ſic enim ſcriptum eſt per Prophetam: 6 † Et
tu Bethleem terra Juda, nequaquam minima es in Prin-
cipibus Juda: ex te enim exiet dux, qui regat populum
meum Iſrael. 7 Tunc Herodes clam vocatis Magis, dili-
genter didicit ab eis tempus ſtellæ, quæ apparuit eis: 8 &
mittens illos in Bethleem, dixit: Ite, & interrogate dili-
genter de puero: & cum inveneritis, renuntiate mihi, ut
& ego veniens adorem eum. 9 Qui cum audiſſent Regem,
abierunt. Et ecce ſtella, quam viderant in Oriente, ante-
cedebat eos, uſque dum veniens ſtaret ſupra ubi erat puer.
10 Videntes autem ſtellam gaviſi ſunt gaudio magno val-
de. 11 Et intrantes domum, invenerunt puerum cum Ma-
ria matre ejus, & procidentes adoraverunt eum: & aper-
tis theſauris ſuis, obtulerunt ei munera, aurum, thus, &
myrrham. 12 Et reſponſo accepto in ſomnis ne redirent ad
Herodem, per aliam viam reverſi ſunt in regionem ſuam.

IN TEMPLO SISTITUR.

M. 2. L. 2.

§. 22. 22 M. 13 Qui cum receſſiſſent,

'Mariæ. L. 22 & poſtquam impleti ſunt dies purgationis ' ejus '
† Lev. 12. 6. ſecundum † legem Moyſi, tulerunt illum in Jeruſalem, ut
ſiſterent eum Domino, 23 ſicut ſcriptum eſt in lege Do-
† Ex. 13. 2, 12, 13. mini: † Quia omne maſculinum adaperiens vulvam ſan-
ctum Domino vocabitur; 24 & ut darent hoſtiam, ſecun-
† Lev. 12. 8. dum quod dictum eſt in † lege Domini, par turturum, aut
duos pullos columbarum,

23 25 Et ecce homo erat in Jeruſalem, cui nomen Simeon; §. 23.
& homo iſte juſtus & timoratus, expectans conſolationem
Iſrael; & Spiritus ſanctus erat in eo. 26 Et reſponſum
acceperat à Spiritu ſancto non viſurum ſe mortem, niſi
prius videret Chriſtum Domini. 27 Et venit in Spiritu in
Templum. Et cum inducerent puerum Jeſum parentes
ejus, ut facerent ſecundum conſuetudinem legis pro eo,
28 & ipſe accepit eum in ulnas ſuas, & benedixit Deum, &
dixit: 29 Nunc dimittis ſervum tuum, Domine, ſecundum
verbum tuum in pace; 30 quia viderunt oculi mei ſalutare
tuum, 31 quod paraſti ante faciem omnium populorum;
32 lumen ad revelationem Gentium, & gloriam plebis tuæ
Iſrael. 33 Et erat pater ejus & mater mirantes ſuper his
quæ dicebantur de illo. 34 Et benedixit illis Simeon, &
dixit ad Mariam matrem ejus: Ecce † poſitus eſt hic in rui- † Iſ. 8. 14.
nam & in reſurrectionem multorum in Iſrael, & in ſignum
cui contradicetur; 35 (& tuam ipſius animam pertranſi-
bit gladius) ut revelentur ex multis cordibus cogitationes.

24. 36 Et erat Anna Prophetiſſa, filia Phanuel, de tribu §. 24.
Aſer: hæc proceſſerat in diebus multis, & vixerat cum vi-
ro ſuo annis ſeptem à virginitate ſua: 37 & hæc vidua uſ-
que ad annos octoginta-quatuor, quæ non diſcedebat de
Templo, jejuniis & obſecrationibus ſerviens nocte ac die.
38 Et hæc ipsâ horâ ſuperveniens confitebatur Domino;
& loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptio-
nem Iſrael.

FUGA IN ÆGYPTUM.

M. 2. L. 2.

25. L. 39 Et ut perfecerunt omnia ſecundum legem Do- §. 25.
mini,—29

M. ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis Joſeph, di-
cens: Surge, & accipe puerum & matrem ejus, & fuge in
Ægyptum, & eſto ibi uſque dum dicam tibi: futurum eſt
enim ut Herodes quærat puerum ad perdendum eum. 14
Qui conſurgens accepit puerum & matrem ejus nocte, &
ſeceſſit in Ægyptum: 15 & erat ibi uſque ad obitum He-
rodis.—28

Infanticidium.

M. 2.

§. 26. 26. [16] Tunc Herodes videns quoniam illuſus eſſet à Magis, iratus eſt valde; & mittens, occidit omnes pueros qui erant in Bethleem, & in omnibus finibus ejus, à bimatu & infra, ſecundum tempus quod exquiſierat à Magis. [17] Tunc adimpletum eſt quod dictum eſt per Jeremiam Prophetam dicentem: [18] † Vox in Rama audita eſt, ploratus & ululatus multus; Rachel plorans filios ſuos, & noluit conſolari, quia non ſunt.

† Jer. 31. 15.

Reditus ex Ægypto.

M. 2. L. 2.

§. 27. 27. M. [19] Defuncto autem Herode, ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis Joſeph in Ægypto, [20] dicens: Surge, & accipe puerum & matrem ejus, & vade in terram Iſrael: defuncti ſunt enim qui quærebant animam pueri. [21] Qui conſurgens accepit puerum & matrem ejus, & venit in terram Iſrael:—29

§. 28. 28. [15] | ut adimpleretur quod dictum eſt à Domino per Prophetam dicentem: † Ex Ægypto vocavi filium meum. —26

† Oſ. 11. 1.

§. 29. 29. [22] Audiens autem quod Archelaüs regnaret in Judæa pro Herode patre ſuo, timuit illo ire: & admonitus in ſomnis,

M.	L.
M. ſeceſſit in partes Galilææ.	L. [39] | reverſi ſunt in Galilæam,

M. [23] Et veniens habitavit

M.	L.
M. in civitate quæ vocatur Nazareth:	L. in civitatem ſuam Nazareth:

M. ut adimpleretur quod dictum eſt per Prophetas: Quoniam Nazaræus vocabitur.—32

Jesus in medio Doctorum inventus.

L. 2.

30. 40 Puer autem creſcebat, & confortabatur, plenus §. 30.
ſapientia; & gratia Dei erat in illo. 41 Et ibant parentes
ejus per omnes annos in Jeruſalem in die ſolemni Paſchæ.
42 Et cum factus eſſet annorum duodecim, aſcendentibus
illis Jeroſolymam ſecundum conſuetudinem diei feſti, 43
conſummatiſque diebus, cum redirent, remanſit puer Je-
ſus in Jeruſalem, & non cognoverunt parentes ejus. 44
Exiſtimantes autem illum eſſe in comitatu, venerunt iter
diei, & requirebant eum inter cognatos & notos. 45 Et
non invenientes, regreſſi ſunt in Jeruſalem requirentes
eum. 46 Et factum eſt, poſt triduum invenerunt illum in
Templo, ſedentem in medio Doctorum, audientem illos,
& interrogantem eos. 47 Stupebant autem omnes, qui eum
audiebant, ſuper prudentia & reſponſis ejus. 48 Et viden-
tes admirati ſunt. Et dixit mater ejus ad illum: Fili, quid
feciſti nobis ſic? ecce pater tuus & ego dolentes quærreba-
mus te. 49 Et ait ad illos: Quid eſt quod me quærebatis?
neſciebatis quia in his quæ Patris mei ſunt, oportet me
eſſe? 50 Et ipſi non intellexerunt verbum, quod locutus
eſt ad eos. 51 Et deſcendit cum eis, & venit Nazareth; &
erat ſubditus illis. Et mater ejus conſervabat omnia verba
hæc in corde ſuo. 52 Et Jeſus proficiebat ſapientia, & æta-
te, & gratia apud Deum & homines.

SECTIO II.

Joannes in deserto baptizat et prædicat.

M. 3. m. 1. L. 3.

31. L. 1 Anno autem quinto-decimo imperii Tiberii Cæ- §. 31.
ſaris, procurante Pontio Pilato Judæam, tetrarcha autem
Galilææ Herode, Philippo autem fratre ejus tetrarcha
Ituræ & Trachonitidis regionis, & Lyſania Abilinæ te-
trarcha; 2 ſub Principibus Sacerdotum Anna & Caipha;
factum eſt verbum Domini ſuper Joannem Zachariæ fi-
lium in deſerto. 3 & † Act. 13.

m. 1 initium Evangelii Jeſu Chriſti Filii Dei.—33

§. 32. 32. M. 1 In diebus autem illis

M. venit Joannes Baptiſta m 4 Fuit Joannes—b L. venit

L. in omnem regionem Jordanis,

m. a baptiſans, &

M. prædicans m prædicans—c L prædicans

M. in deſerto Judææ m b in deſerto—a

m. c baptiſmum pœnitẽtiæ in remiſſionem peccatorum,—35	L baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionẽ peccatorũ,

M. 2 & dicens: Pœnitentiam agite: appropinquavit enim Regnum Cœlorum.

§. 33.

33. M 3 Hic eſt enĩ qui dict⁹ eſt per Iſaiã Prophetam dicentẽ:	m 2 ſicut ſcriptum eſt in Iſaia Propheta:	L 4 ſicut ſcriptum eſt in libro ſermonũ Iſaiæ Prophetæ:

† Mal. 3. 1. m † Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.

† Iſ. 40. 3.

M † Vox clamantis in deſerto: Parate viam Domini, rectas facite ſemitas ejus.	m 3 Vox clamantis in deſerto: Parate viam Domini, rectas facite ſemitas ejus.—32	L Vox clamantis in deſerto: Parate viam Domini, rectas facite ſemitas ejus.

L. 5 Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur, & erunt prava in directa, & aſpera in vias planas; 6 & videbit omnis caro ſalutare Dei.

§. 34.

34. M 4 Ipſe autẽ Joãnes habebat veſtimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos ſuos: eſca autem ejus erat locuſtæ, & mel ſilveſtre.	m 6 Et erat Joannes veſtitus pilis cameli; & zona pellicea circa lumbos ejus, & locuſtas & mel ſilveſtre edebat.—37

35. M.

35. M 5 Tunc exibat ad eum Jerſolyma, & omnis Judæa, | m. 5 Et egrediebatur ad eum omnis Judææ regio, & Jeroſolymitæ univerſi, §. 35.

M. & omnis regio circa Jordanem;

M 6 & baptizabantur ab eo in Jordane, confitentes peccata ſua. | m. & baptizabantur ab illo in Jordanis flumine, confitentes peccata ſua.—34

36. M. 7 Vidēs autē multos Phariſæorum & Sadducæorum venientes ad baptiſmum ſuum, dixit eis: Progenies viperarum, quis demonſtravit vobis fugere à ventura ira? 8 Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ. 9 Et ne velitis dicere intra vos; Patrem habemus Abraham: dico enim vobis quoniam potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. 10 Jam enim ſecuris ad radicem arborū poſita eſt. Omnis ergo arbor quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur.

L. 7 Dicebat ergo ad turbas quæ exibāt ut baptizarētur ab ipſo: Genimina viperarū, quis oſtēdit vobis fugere à vētura ira? 8 Facite ergo fructus dignos pœnitētiæ. Et ne cœperitis dicere; Pātrem habemus Abrahā: dico enim vobis quia potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. 9 Jam enim ſecuris ad radicem arborum poſita eſt. Omnis ergo arbor non faciēs fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. §. 36.

L. 10 Et interrogabant eum turbæ, dicentes: Quid ergo faciemus? 11 Reſpondens autem dicebat illis: Qui habet duas tunicas, det non habenti: & qui habet eſcas, ſimiliter faciat. 12 Venerunt autem & Publicani ut baptizarentur, & dixerunt ad illum: Magiſter, quid faciemus? 13 At ille dixit ad eos: Nihil amplius, quam quod conſtitutum eſt vobis, faciatis. 14 Interrogabant autem eum & milites, dicentes: Quid faciemus & nos? Et ait illis: Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis; & contenti eſtote ſtipendiis veſtris.

TESTIMONIUM DE CHRISTO PERHIBET AD JUDÆORUM LEGATOS ET AD TURBAS.

M. 3. m. 1. L. 3. J. 1.

§. 37. 37. L. 15 Exiſtimante autem populo, & cogitantibus om-
nibus in cordibus ſuis de Joãne,ne forte ipſe eſſet Chriſtus,

J 19 Et hoc eſt teſtimonium Joannis, quando miſerunt
Judæi ab Jeroſolymis Sacerdotes & Levitas ad eum, ut
interrogarent eum; Tu quis es? 20 Et confeſſus eſt,& non
negavit; & confeſſus eſt: Quia non ſum ego Chriſtus.
21 Et interrogaverunt eum: Quid ergo? Elias es tu? Et
dixit: Non ſum. Propheta es tu? Et reſpondit: Non.
22 Dixerunt ergo ei: Quis es, ut reſponſum demus his
qui miſerunt nos? quid dicis de teipſo? 23 Ait: Ego
† Iſ. 40. 3. † vox clamantis in deſerto: Dirigite viam Domini, ſicut
dixit Iſaias Propheta. 24 Et qui miſſi fuerant, erant ex
Phariſæis. 25 Et interrogaverunt eum, & dixerunt ei:
Quid ergo baptizas, ſi tu non es Chriſtus, neque Elias,
neque Propheta?

L 16 reſpondit Joannes, J. 26 Reſpondit eis Joannes,

m. & prædicabat,

m dicens: — c L. dicens omnibus: J dicens:

M. 11 Ego quidẽ baptizo vos in aqua	m a · 8 Ego baptizavi vos aqua; — e	L Ego quidẽ aqua baptizo vos;	J Ego baptizo in aqua;

M. in pœnitentiam; — d

J. medius autem veſtrum ſtetit quem vos neſcitis; 27 ipſe eſt qui

M. a poſt me — c b autẽ - a m b poſt me — d J poſt me.

M. c venturus eſt,— e	m c. 7 venit	L veniet autem	J venturus eſt,

J. qui ante me factus eſt,

M. d qui — b e fortior me eſt, | m fortior me, — b | L fortior me,

M cujus nō ſum dignus	m d cujus nō ſum dignus	L cujus nō ſum dignus	J. cujus ego nō ſum dignus

m. procumbens

M calceamēta portare:	m. ſolvere corrigiam calceamētorū ejus: - a	L ſolvere corrigiam calceamentorū ejus:	J ut ſolvam ejus corrigiā calceamenti.

M. ipſe vos baptizabit in Spiritu ſancto,	m e ille vero baptizabit vos Spiritu ſancto:	L ipſe vos baptizabit in Spiritu ſancto,

M. & igni: 12 cujus ventilabrum in manu ſua, & permundabit aream ſuam; & congregabit triticum ſuum in horreum paleas autem comburet igni inextinguibili.	L. & igni: 17 cujus ventilabrum in manu ejus, & purgabit aream ſuam; & congregabit triticum in horreum ſuum, paleas autem comburet igni inextinguibili.

L. 17 Multa quidem & alia exhortans evangelizabat populo.—56

J. 28 Hæc in Bethania facta ſunt trans Jordanem, ubi erat Joannes baptizans.—44

Christus a Joanne baptizatus.

M. 3. m. 1. L. 3.

38. m 9 Et factum eſt | L. 21 Factum eſt autem §. 38.

M 13 Tunc | m. in diebus illis

L. cum baptizaretur omnis populus, & — b

M venit Jeſus à Galilæa | m. venit Jeſus à Nazareth Galilææ

M. in Jordanem ad Joannem, ut baptizaretur ab eo. 14
Joannes autem prohibebat eum, dicens: Ego à te debeo
baptizari, & tu venis ad me? 15 Reſpondens autem Jeſus,
dixit ei: Sine modò; ſic enim decet nos implere omnem
juſtitiam. Tunc dimiſit eum,

m. & baptizatus eſt à Joanne in Jordane.

M. 16 Baptizatus autem Jeſus L a baptizato — c

M. confeſtim aſcendit de aqua.	m 10 Et ſtatim aſcendens de aqua,

M. Et ecce

L. b Jeſu — a c & orante,

M. Aperti ſũt ei Cœli, & vidit Spiritum Dei deſcendentem	m vidit Cœlos apertos, & Spiritũ-b a deſcendentẽ —c	L apertũ eſt Cœlũ; 22 & deſcẽdit Spiritus ſanctus

L. corporali ſpecie

M. ſicut columbam,	m b tamquam columbam, — a	L ſicut columba

M & venientem

M. ſuper ſe, L in ipſum.

m c & manentem in ipſo.

M. 7 Et ecce vox.... de Cœlis dicẽs: Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi complacui.	m 11 Et vox facta eſt de Cœlis: Tu es Filius meus dilectus, in te complacui.	L Et vox de Cœlo facta eſt: Tu es Filius meus dilectus, in te cõplacui mihi.

L. 23 Et ipſe Jeſus erat incipiens quaſi annorum triginta. — 5

JEJUNIUM ET TENTATIONES CHRISTI IN DESERTO.

M. 4. m. 1. L. 4.

39. L. 1 Jeſus autem plenus Spiritu ſancto regreſſus eſt à Jordane. §. 39.

1 Tunc Jeſus ductus eſt in deſertum à Spiritu,

m. 12 Et ſtatim Spiritus expulit eum in deſertum,

L. Et agebatur à Spiritu in deſertum

M. ut tentaretur à diabolo;

m. 13 & erat in deſerto quadraginta diebus

L. 2 diebus quadraginta,

m. & quadraginta noctibus,

m. & tentabatur à ſatana, L. & tentabatur à diabolo;

m. eratque cum beſtiis;

L. & nihil manducavit in diebus illis.

M. 2 Et cum jejunaſſet quadraginta diebus & quadraginta noctibus,

M. poſtea eſuriit. L. & conſummatis illis eſuriit.

40. M. 3 Et accedens tentator, dixit ei: Si Filius Dei es, dic ut lapides iſti panes fiant. 4 Qui reſpondens, dixit: Scriptum eſt: † Non in ſolo pane vivit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei.

L. 3 Dixit autem illi diabolus: Si Filius Dei es, Dic lapidi huic ut panis fiat. 4.... Et reſpondit ad illũ Jeſus: Scriptum eſt: Quia non in ſolo pane vivit homo, ſed in omni verbo Dei. —4. §. 40. † Deut. 8. 3.

41. 5 Tunc aſſumpſit eũ diabolus in ſanctam civitatem & ſtatuit eum ſuper pinnaculum Templi, 6 & dixit

9 Et duxit illum in....... Jeruſalem, & ſtatuit eum ſuper pinnam Templi, & dixit illi: Si Filius Dei es, §. 41.

M.	L.
†Pſ.90.11. ei : Si Filius Dei es, mitte te deorſum ; ſcriptum eſt enim : Quia Angelis ſuis mandavit de te,	mitte te hinc deorſum ; 10 ſcriptum eſt enim † quod Angelis ſuis mandavit de te,

L. ut conſervent te,

M.	L.
M. & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. 7 Ait illi Ieſus :........... †Deut.6.16. Rurſum ſcriptum eſt: † Non tentabis Dominum Deum tuum.	L. 11 & quia in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. 12 Et reſpondens Jeſus, ait illi : Dictum eſt : Non tentabis Dominum Deum tuum.—43

M.	L.
§.42. 42. M. 8 Iterum aſſumpſit eum diabolus in montem excelſum valde, & oſtendit ei omnia Regna mundi	L. 5 Et duxit illum diabolus in montem excelſum, & oſtendit illi omnia Regna orbis terræ

M. & gloriam eorum

L. in momento temporis ;

M. 9 & dixit ei : L. 6 & ait illi :

L. Tibi dabo poteſtatem hanc univerſam, & gloriam illorum ; quia mihi tradita ſunt, & cui volo do illa.

M.	L.
M. Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraveris me, 10 Tunc dicit ei Jeſus :	L. 7 Tu ergo ſi adoraveris corã me, erunt tua omnia. 8 Et reſpondens Jeſus, dixit illi ;

M. Vade, ſatana ;

M.	L.
†Deut. 6. 13. M. ſcriptum eſt enim † Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies.	L. Scriptum eſt : Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies.—41

§. 43. 43. L. 13 Et conſummata omni tentatione,

M.	L.
M. 11 Tunc reliquit eum diabolus ;	L. diabolus receſſit ab illo

L. uſque ad tempus: — 64

M. & ecce Angeli acceſſerūt, & miniſtrabant ei. — 57

L & Angeli miniſtrabant illi. — 57

JOANNIS TESTIMONIUM DE CHRISTO AD TURBAS.

J. I.

44. 29 Altera die vidit Joannes
Jeſum venientem ad ſe, & ait:
Ecce Agnus Dei, ecce qui tol-
lit peccatum mundi. 30 Hic eſt,
de quo dixi: † Poſt me venit
vir, qui ante me factus eſt; quia
prior me erat. 31 Et ego neſcie-
bam eum: ſed ut manifeſtetur in Iſrael, propterea veni
ego in aqua baptizans. 32 Et teſtimonium perhibuit Joan-
nes, dicens: Quia † vidi Spiritum deſcendentem quaſi co-
lumbam de Cœlo, & manſit ſuper eum. 33 Et ego neſcie-
bam eum: ſed qui miſit me baptizare in aqua, ille mihi
dixit: Super quem videris Spiritum deſcendentem, & ma-
nentem ſuper eum, hic eſt qui baptizat in Spiritu ſancto.
34 Et ego vidi, & teſtimonium perhibui quia hic eſt Fi-
lius Dei.

15 Joannes teſtimonium perhibet de ipſo, & clamat, dicens: Hic erat, quem dixi: Qui poſt me venturus eſt, ante me factus eſt; quia prior me erat. — 3

§. 44.

† Art. 37.

† Art. 38.

CHRISTUS INCIPIT HABERE DISCIPULOS.

J. I.

45. 35 Altera die iterum, ſtabat Joannes & ex diſcipulis
ejus duo. 36 Et reſpiciens Jeſum ambulantem, dicit: Ecce
Agnus Dei. 37 Et audierunt eum duo diſcipuli loquentem,
& ſecuti ſunt Jeſum. 38 Converſus autem Jeſus, & videns
eos ſequentes ſe, dicit eis: Quid quæritis? Qui dixerunt
ei: Rabbi (quod dicitur interpretatum Magiſter) ubi ha-
bitas? 39 Dicit eis: Venite, & videte. Venerunt, & vide-
runt ubi maneret, & apud eum manſerunt die illo: hora
autem erat quaſi decima.

§. 45.

46. 40 Erat autem Andreas frater Simonis Petri unus
ex duobus qui audierant à Joanne, & ſecuti fuerant eum.
41 Invenit hic primùm fratrem ſuum Simonem, & dicit

§. 46.

ei: Invenimus Meſſiam, (quod eſt interpretatum Chri-
ſtus.) 42 Et adduxit eum ad Jeſum. Intuitus autem eum
Jeſus, dixit: Tu es Simon filius Jona: tu vocaberis Ce-
phas, (quod interpretatur Petrus.)

§. 47. 47. 43 In craſtinum voluit exire in Galilæam, & inve-
nit Philippum. Et dicit ei Jeſus: Sequere me. 44 Erat au-
tem Philippus à Bethſaida civitate Andreæ & Petri. 45 In-
venit Philippus Nathanael, & dicit ei: Quem ſcripſit
† Deut. 18. 15. Moyſes in † lege, & Prophetæ, invenimus Jeſum filium
Joſeph à Nazareth. 46 Et dixit ei Nathanael: A Nazareth
poteſt aliquid boni eſſe? Dicit ei Philippus: Veni, &
vide. 47 Vidit Jeſus Nathanael venientem ad ſe, & dicit
de eo: Ecce vere Iſraelita, in quo dolus non eſt 48 Dicit
ei Nathanael: Unde me noſti? Reſpondit Jeſus, & dixit
ei: Priuſquam te Philippus vocaret, cum eſſes ſub ficu,
vidi te. 49 Reſpondit ei Nathanael, & ait: Rabbi, tu es
Filius Dei, tu es Rex Iſrael. 50 Reſpondit Jeſus, & dixit
ei: Quia dixi tibi, vidi te ſub ficu, credis; majus his vi-
debis. 51 Et dicit ei: Amen, amen dico vobis: Videbitis
Cœlum apertum, & Angelos Dei aſcendentes, & deſcen-
dentes ſupra Filium hominis.

AQUAM IN VINUM CONVERTIT.

J. 2.

§. 48. 48. 1 Et die tertia nuptiæ factæ ſunt in Cana Galilææ:
& erat mater Jeſu ibi. 2 Vocatus eſt autem & Jeſus &
diſcipuli ejus ad nuptias 3 Et deficiente vino, dicit mater
Jeſu ad eum: Vinum non habent. 4 Et dicit ei Jeſus:
Quid mihi & tibi eſt, mulier? nondum venit hora mea.
5 Dicit mater ejus miniſtris: Quodcumque dixerit vobis,
facite. 6 Erant autem ibi lapideæ hydriæ ſex poſitæ, ſecun-
† Art. 201. dum † purificationem Judæorum, capientes ſingulæ me-
tretas binas vel ternas. 7 Dicit eis Jeſus: Implete hydrias
aqua; & impleverunt eas uſque ad ſummum. 8 Et dicit
eis Jeſus: Haurite nunc, & ferte architriclino; & tule-
runt. 9 Ut autem guſtavit architriclinus aquam vinum fa-
ctam, & non ſciebat unde eſſet, miniſtri autem ſciebant
qui hauſerant aquam; vocat ſponſum architriclinus, 10 &
dicit ei: Omnis homo primùm bonum vinum ponit; &
cum inebriati fuerint, tunc id quod deterius eſt: tu au-

tem ſervaſti bonum vinum uſque adhuc 11 Hoc fecit ini-
tium ſignorum Jeſus in Cana Galilææ: & manifeſtavit
gloriam ſuam, & crediderunt in eum diſcipuli ejus.

E Templo vendentes ejicit.

J. 2.

49. 12 Poſt hoc deſcendit Capharnaum ipſe, & mater §. 49.
ejus, & fratres ejus, & diſcipuli ejus: & ibi manſerunt
non multis diebus. 13 Et prope erat Paſcha Judæorum, &
aſcendit Jeſus Jeroſolymam: 14 & invenit in Templo ven-
dentes boves, & oves, & columbas, & numularios ſeden-
tes. 15 Et cum feciſſet quaſi flagellum de funiculis, omnes
ejecit de Templo, oves quoque & boves, & numulario-
rum effudit æs, & menſas ſubvertit. 16 Et his, qui colum-
bas vendebant, dixit: Auferte iſta hinc, & nolite facere
domum Patris mei, domum negotiationis. 17 Recordati
ſunt vero diſcipuli ejus quia ſcriptum eſt: † Zelus domus †Pſ. 68. 10.
tuæ comedit me.

50. 18 Reſponderunt ergo Judæi, & dixerunt ei: Quod §. 50.
ſignum oſtendis nobis, quia hæc facis? 19 Reſpondit Je-
ſus, & dixit eis: Solvite templum hoc, & in tribus die-
bus excitabo illud. 20 Dixerunt ergo Judæi: Quadraginta
& ſex annis ædificatum eſt Templum hoc, & tu in tribus
diebus excitabis illud? 21 Ille autem dicebat de templo cor-
poris ſui. 22 Cum ergo reſurrexiſſet à mortuis, recordati
ſunt diſcipuli ejus quia hoc dicebat; & crediderunt Scri-
pturæ, & ſermoni quem dixit Jeſus.

51. 23 Cum autem eſſet Jeroſolymis in Paſcha in die fe- §. 51.
ſto, multi crediderunt in nomine ejus, videntes ſigna ejus
quæ faciebat. 24 Ipſe autem Jeſus non credebat ſemetip-
ſum eis, eo quod ipſe noſſet omnes; 25 & quia opus ei
non erat ut quis teſtimonium perhiberet de homine: ipſe
enim ſciebat quid eſſet in homine.

Christi cum Pharisæo colloquium.

J. 3.

§. 52. 52. 1 Erat autem homo ex Phariſæis Nicodemus nomine
princeps Judæorum. 2 Hic venit ad Jeſum nocte , & dixit
ei : Rabbi, ſcimus quia à Deo veniſti Magiſter : nemo enim
poteſt hæc ſigna facere quæ tu facis , niſi fuerit Deus
cum eo. 3 Reſpondit Jeſus , & dixit ei : Amen , amen dico
tibi ; niſi quis renatus fuerit denuo , non poteſt videre Re-
gnum Dei. 4 Dicit ad eum Nicodemus : Quomodo poteſt
homo naſci , cum ſit ſenex ? Numquid poteſt in ventrem
matris ſuæ iteratò introire,& renaſci ? 5 Reſpondit Jeſus :
Amen , amen dico tibi ; niſi quis renatus fuerit ex aqua &
Spiritu ſancto , non poteſt introire in Regnum Dei. 6
Quod natum eſt ex carne , caro eſt : & quod natum eſt
ex Spiritu, ſpiritus eſt : 7 Non mireris quia dixi tibi, opor-
tet vos naſci denuo. 8 Spiritus ubi vult ſpirat , & vocem
ejus audis ; ſed neſcis unde veniat , aut quo vadat : ſic eſt
omnis qui natus eſt ex Spiritu.

§. 53. 53. 9 Reſpondit Nicodemus , & dixit ei : Quomodo poſ-
ſunt hæc fieri ? 10 Reſpondit Jeſus , & dixit ei : Tu es Ma-
giſter in Iſrael , & hæc ignoras ? 11 Amen , amen dico ti-
bi ; quia quod ſcimus loquimur , & quod vidimus teſta-
mur ; & teſtimonium noſtrum non accipitis. 12 Si terrena
dixi vobis , & non creditis ; quomodo , ſi dixero vobis cœ-
leſtia , credetis ? 13 Et nemo aſcendit in Cœlum , niſi qui
deſcendit de Cœlo, Filius hominis , qui eſt in Cœlo. 14 Et
† Num. 21. 9. ſicut Moyſes † exaltavit ſerpentem in deſerto ; ita exalta-
ri oportet Filium hominis, 15 ut omnis qui credit in ip-
ſum non pereat , ſed habeat vitam æternam. 16 Sic enim
Deus dilexit mundum , ut Filium ſuum unigenitum da-
ret ; ut omnis qui credit in eum non pereat , ſed habeat
vitam æternam 17 Non enim miſit Deus Filium ſuum in
mundum , ut judicet mundum ; ſed ut ſalvetur mundus
per ipſum. 18 Qui credit in eum , non judicatur ; qui au-
tem non credit , jam judicatus eſt : quia non credit in no-
mine unigeniti Filii Dei. 19 Hoc eſt autem judicium : quia
lux venit in muudum,& dilexerũt homines magis tenebras
quam lucem ; erant enim eorum mala opera : 20 omnis
enim qui male agit , odit lucem ; & non venit ad lucem,

ut non arguantur opera ejus: 21 qui autem ſacit verita-
tem, venit ad lucem, ut manifeſtentur opera ejus; quia
in Deo ſunt facta.

JOANNIS TESTIMONIUM AD DISCIPULOS SUOS DE CHRISTO.

J. 3.

54. 22 Poſt hæc venit Jeſus, & diſcipuli ejus in terram §. 54.
Judæam; & illic demorabatur cum eis, & baptizabat. 23
Erat autem & Joannes baptizans in Ænnon juxta Salim,
quia aquæ multæ erant illic; & veniebant, & batizaban-
tur: 24 nondum enim † miſſus fuerat Joannes in carcerem. † Art. 56.

55. 25 Facta eſt autem quæſtio ex diſcipulis Joannis cum §. 55.
Judæis de purificatione. 26 Et venerunt ad Joannem, &
dixerunt ei: Rabbi, qui erat tecum trans Jordanem, cui
tu † teſtimonium perhibuiſti, ecce hic baptizat, & omnes
veniunt ad eum. 27 Reſpondit Joannes, & dixit: Non † Art 44.
poteſt homo accipere quidquam, niſi fuerit ei datum de & 45
Cœlo. 28 Ipſi vos mihi teſtimonium perhibetis quod di-
xerim, † non ſum ego Chriſtus, ſed quia miſſus ſum an- † Art 37.
te illum. 29 Qui habet ſponſam, ſponſus eſt: amicus au-
tem ſponſi, qui ſtat, & audit eum, gaudio gaudet propter
vocem ſponſi: hoc ergo gaudium meum impletum eſt.
30 Illum oportet creſcere, me autem minui. 31 Qui deſur-
ſum venit, ſuper omnes eſt. Qui eſt de terra, de terra eſt,
& de terra loquitur: qui de Cœlo venit, ſuper omnes eſt:
32 & quod vidit & audivit, hoc teſtatur; & teſtimonium
ejus nemo accipit. 33 Qui accepit ejus teſtimoninm, ſigna-
vit quia Deus verax eſt. 34 Quem enim miſit Deus, verba
Dei loquitur: non enim ad menſuram dat Deus ſpiritum.
35 Pater diligit Filium, & omnia dedit in manu ejus. 36
Qui credit in Filium, habet vitam æternam: qui autem
incredulus eſt Filio, non videbit vitam; ſed ira Dei ma-
net ſuper eum.—57

INCARCERATIO JOANNIS.

M. 14. m. 6. L. 3.

56. L. 19 Herodes autē Tetrarcha, cū corriperetur ' ab illo' §. 56. ' a Joanne.

m. 6. de Herodiade uxore fratris ſui, & de omnibus malis quæ
L. 3. fecit Herodes, 20 adjecit & hoc ſuper omnia.

M. 3 Herodes enim tenuit Joannē, & alligavit eum, | m. 17 Ipſe enim Herodes miſit ac tenuit Joannē, & vinxit eū

M. & poſuit | L. & incluſit Joannem

M. in carcerem | m. in carcere | L. in carcere.—38

M. propter Herodiadem uxorem | m. propter Herodiadem uxorem

m. Philippi

M. fratris ſui, | m. fratris ſui,

m. quia duxerat eam.

M. 4 Dicebat enim illi Joannes: Non licet tibi habere eam. 5 Et | m. 18 Dicebat enim Joannes Herodi: Non licet tibi habere † uxorem fratris tui.

† Lev. 18. 16.

m. 19 Herodias autem inſidiabatur illi; & volebat occidere eum, nec poterat. 20 Herodes enim

* &

M. volens illum occidere, timuit populum; quia ſicut Prophetam eum habebant: *— 185

m. metuebat Joannem, ſciens eum virum juſtum & ſanctum; & cuſtodiebat eum, & audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat.—185

SECTIO III.

Seceſſus Christi à Judæa.

M. 4. m. 1. J. 4.

57. M [12] Cum autem m [14] Poſtquā autem J. [1] Ut ergo §. 57.

M audiſſet Jeſus J. cognovit Jeſus

M. quod Joannes traditus eſſet,* — 64 m traditus eſt Joannes, — 64 * &

J. quia audierunt Phariſæi quod Jeſus plures diſcipulos facit, & † baptizat, quam Joannes, [2] (quamquam Jeſus non baptizaret, ſed diſcipuli ejus) [3] reliquit Judæam, & abiit iterum in Galilæam. [4] Oportebat autem eum tranſire per Samariam. † Act. 54.

Christi cum Samaritana colloquium.

J. 4.

58. [5] Venit ergo in civitatem Samariæ, quæ dicitur Si- §. 58.
char, juxta prædium † quod dedit Jacob Joſeph filio ſuo: †Gen. 45. 22.
[6] erat autem ibi fons Jacob. Jeſus ergo fatigatus ex itinere,
ſedebat ſic ſupra fontem: hora erat quaſi ſexta. [7] Venit
mulier de Samaria haurire aquam. Dicit ei Jeſus: Da mi-
hi bibere: [8] (diſcipuli enim ejus abierant in civitatem, ut
cibos emerent.) [9] Dicit ergo ei mulier illa Samaritana:
Quomodo tu, Judæus cum ſis, bibere à me poſcis, quæ
ſum mulier Samaritana? (non enim coütuntur Judæi Sa-
maritanis.)

59. [10] Reſpondit Jeſus, & dixit ei: Si ſcires donum §. 59.
Dei, & quis eſt qui dicit tibi, Da mihi bibere; tu forſi-
tan petiſſes ab eo, & dediſſet tibi aquam vivam. [11] Dicit
ei mulier: Domine, neque in quo haurias habes, & pu-
teus altus eſt: unde ergo habes aquam vivam? [12] Num-
quid tu major es patre noſtro Jacob, qui dedit nobis pu-
teum, & ipſe ex eo bibit, & filii ejus, & pecora ejus?

13 Reſpondit Jeſus, & dixit ei: Omnis qui bibit ex aqua
hac ſitiet iterum: qui autem biberit ex aqua quam ego
dabo ei, non ſitiet in æternum: 14 ſed aqua, quam ego
dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam.
15 Dicit ad eum mulier: Dñe, da mihi hanc aquam ut non
ſitiam, neque veniam huc haurire. 16 Dicit ei Jeſus: Va-
de, voca virum tuum, & veni huc. 17 Reſpondit mulier,
& dixit: Non habeo virum. Dicit ei Jeſus: Bene dixiſti,
quia non habeo virum: 18 quinque enim viros habuiſti, &
nunc quem habes, non eſt tuus vir; hoc vere dixiſti.

§. 60. 60. 19 Dicit ei mulier: Domine, video quia Propheta
es tu. 20 Patres noſtri in monte hoc adoraverunt, & vos
dicitis, quia Jeroſolymis eſt locus ubi adorare oportet.
21 Dicit ei Jeſus: Mulier, crede mihi, quia venit hora,
quando neque in monte hoc, neque in Jeroſolymis adora-
† 4.Reg. bitis Patrem. 22 † Vos adoratis quod neſcitis; nos adora-
17.31. mus quod ſcimus, quia ſalus ex Judæis eſt: 23 ſed venit ho-
ra, & nunc eſt, quando veri adoratores adorabunt Patrem
in ſpiritu & veritate: nam & Pater tales quærit qui ado-
rent eum. 24 Spiritus eſt Deus: & eos qui adorant eum,
in ſpiritu & veritate oportet adorare. 25 Dicit ei mulier:
Scio quia Meſſias venit, (qui dicitur Chriſtus.) cum er-
go venerit ille, nobis annuntiabit omnia. 26 Dicit ei Jeſus:
Ego ſum, qui loquor tecum.

§. 61. 61. 27 Et continuò venerunt diſcipuli ejus; & miraban-
tur quia cum muliere loquebatur. Nemo tamen dixit; Quid
quæris, aut quid loqueris cum ea? 28 Reliquit ergo hy-
driam ſuam mulier, & abiit in civitatem, & dicit illis ho-
minibus: 29 Venite, & videte hominem, qui dixit mihi
omnia quæcumque feci: numquid ipſe eſt Chriſtus? 30
Exierunt ergo de civitate, & veniebant ad eum.

§. 62. 62. 31. Interea rogabant eum diſcipuli, dicentes: Rabbi,
manduca. 32 Ille autem dicit eis: Ego cibum habeo man-
ducare quem vos neſcitis. 33 Dicebant ergo diſcipuli ad
invicem: Numquid aliquis attulit ei manducare? 34 Dicit
eis Jeſus: Meus cibus eſt, ut faciam voluntatem ejus qui
miſit me, ut perficiam opus ejus. 35 Nonne vos dicitis, quod
adhuc quatuor menſes ſunt, & meſſis venit? Ecce dico
vobis, levate oculos veſtros, & videte regiones, quia al-
bæ ſunt jam ad meſſem: 36 & qui metit, mercedem accipit,

& congregat fructum in vitam æternam; ut, & qui ſemi-
nat, ſimul gaudeat & qui metit. 37 In hoc enim eſt ver-
bum verum: quia alius eſt qui ſeminat, & alius eſt qui
metit. 38 Ego † miſi vos metere, quod vos non laboraſtis: † Art. 54.
alii laboraverunt, & vos in labores eorum introiſtis.

63. 39 Ex civitate autem illa multi crediderunt in eum §. 63.
Samaritanorum, propter verbum mulieris teſtimonium
perhibentis; quia dixit mihi omnia quæcumque feci. 40
Cum veniſſent ergo ad illum Samaritani, rogaverunt eum
ut ibi maneret: & manſit ibi duos dies: 41 & multo plures
crediderunt in eum propter ſermonem ejus. 42 Et mulieri
dicebant: Quia jam non propter tuam loquelam credimus:
ipſi enim audivimus, & ſcimus, quia hic eſt vere Salvator
mundi.

Adventus Christi in Galilæam.

M. 4. m. 1. L. 4. J. 4.

64. J. 43 Poſt duos autem dies exiit inde, —b a. 44 (ipſe §. 64.
enim Jeſus teſtimonium perhibuit † quia Propheta in ſua † Art. 72.
patria honorem non habet,) —c

M 12 ſeceſſit	m 14 venit Jeſus	L 14 & regreſſus eſt Jeſus	J b & abiit

L. in virtute Spiritus

M. in Galilæam. —66	m in Galilæam, —66	L in Galilæam. —73.b	J in Galilæam. —a

J. c. 45 Cum ergo veniſſet in Galilæam, exceperunt eum
Galilæi, cum omnia vidiſſent quæ fecerat Jeroſolymis
in die † feſto: & ipſi enim venerant ad diem feſtum. † Art. 49.

Filium reguli sanat.

J. 4.

§. 65.
65. 46 Venit ergo iterum in cana Galilææ, ubi † fecit † Art. 48.
aquam vinum. Et erat quidam regulus, cujus filius infir-
mabatur Capharnaum. 47 Hic cum audiſſet quia Jeſus ad-

veniret à Judæa in Galilæam, abiit ad eum, & roga-
bat eum ut deſcenderet, & ſanaret filium ejus; incipie-
bat enim mori. 48 Dixit ergo Jeſus ad eum: Niſi ſigna
& prodigia videritis, non creditis. 49 Dixit ad eum re-
gulus: Domine, deſcende priuſquam moriatur filius
meus. 50 Dicit ei Jeſus: Vade, filius tuus vivit. Credi-
dit homo ſermoni quem dixit ei Jeſus, & ibat. 51 Jam
autem eo deſcendente, ſervi occurrerunt ei, & nuntiave-
runt dicentes quia filius ejus viveret. 52 Interrogabat ergo
horam ab eis, in qua melius habuerit. Et dixerunt ei:
Quia heri horâ ſeptimâ reliquit eum febris. 53 Cognovit
ergo pater quia illa hora erat, in qua dixit illi Jeſus, fi-
lius tuus vivit. Et credidit ipſe, & domus ejus tota. 54
Hoc iterum ſecundum ſignum fecit Jeſus, cum veniſſet à
Judæa in Galilæam.—92

CAPHARNAUM INCOLIT, EVANGELIUMQUE APERTE PRÆDICAT

M. 4. m. 1. L. 4.

§. 66. *66.* M. 13 Et relicta civitate Nazareth,

M. venit, L 31 Et deſcendit

M. & habitavit

M. in Capharnaum L in Capharnaum

M. maritima

L. civitate in Galilææ, — *69*

M. in finibus Zabulon, & Nephtalim: 14 ut adimpleretur
† Iſ. 9. 2. quod dictum eſt per Iſaiam Prophetam: 15 † Terra Za-
bulon, & terra Nephtalim, via maris trans Jordanem,
Galilæa Gentium; 16 populus qui ſedebat in tenebris, vi-
dit lucem magnam; & ſedentibus in regione umbræ mor-
tis, lux orta eſt eis. 17 Exinde cœpit Jeſus

M. prædicare m prædicans

m. Evangelium Regni Dei,

M. &

M. & dicere: Pœnitentiã agite, | m 15 & dicens: — b a Pœnitemini,

m. & credite Evangelio: — 67 b quoniam impletum eſt tempus, &

M. appropinquavit enim Regnum Cœlorum. | m appropinquavit Regnum Dei.—a

QUATUOR PISCATORUM VOCATIO.

M. 4. m. 1. L. 5.

67. L. 1 Factum eſt autem, cum turbæ irruerent in eum, ut audirent verbum Dei, §. 67.

M. 18 Ambulans autem Jeſus juxta mare Galilææ, | m 16 Et præteriẽs ſecus mare Galilææ, | L. & ipſe ſtabat ſecus ſtagnum Genezareth.

L. 2 Et vidit duas naves ſtantes ſecus ſtagnum; piſcatores autem deſcenderant, & lavabant retia.

M. Vidit * duos fratres, Simonem qui vocatur Petrus, & Andream fratrem ejus.—b | m vidit Simonem & Andream fratrem ejus. —b * ergo

L. 3 Aſcendens autem in unam navim, quæ erat Simonis, rogavit eum à terra reducere puſillum: & ſedens docebat de navicula turbas. 4 Ut ceſſavit autem loqui, dixit ad Simonem: Duc in altum, & laxate retia veſtra in capturam;

M. a erant enim piſcatores. — 68 | m 1 *(erant enim piſcatores) — 68

L. 5 Et reſpondens Simon dixit illi: Præceptor, per totam noctem laborantes, nihil cepimus: in verbo autem tuo laxabo rete. 6 Et

M. b mittentes rete in mare, — a | m b mittentes retia in mare. — a | L cum hoc feciſſent,

L. 5. L. concluſerunt piſcium multitudinem copioſam; rumpebatur autem rete eorum. 7 Et annuerunt ſociis qui erant in alia navi, ut venirent, & adjuvarent eos. Et venerunt, & impleverunt ambas naviculas, ita ut pene mergerentur. 8 Quod cum videret Simon Petrus, procidit ad genua Jeſu, dicens: Exi à me, quia homo peccator ſum, Domine. 9 Stupor enim circumdederat eum, & omnes qui cum illo erant, in captura piſcium quam ceperant: 10 ſimiliter autem Jacobum & Joannem filios Zebedæi, qui erant ſocii Simonis. Et ait ad Simonem Jeſus: Noli timere, ex hoc jam homines eris capiens.

§. 68. 68. 11 Et ſubductis ad terram navibus,

'Simoni & Andreæ.

† Act. 17 8.

M 19 Et ait 'illis': Venite poſt me, & † faciam vos fieri piſcatores hominum. 20 At illi continuo relictis retibus, ſecuti ſunt eum. 21 Et procedens inde, vidit alios duos fratres, Jacobū Zebedæi & Joannem fratrem ejus, — b a reficiētes retia ſua — c b in navi

m 17 Et dixit eis Jeſus: Venite poſt me, & faciam vos fieri piſcatores hominum. 18 Et protinus relictis retibus, ſecuti ſunt eum. 19 Et progreſſus inde puſillum, vidit Jacobum Zebedæi, & Joannem fratrem ejus, & ipſos componentes retia in navi,

M. cum Zebedæo patre eorum; — a

M. c & vocavit eos. m 20 & ſtatim vocavit illos.

M. 22 Illi autem ſtatim

M. relictis retib⁹, & patre, ſecuti ſunt eum. — 73

m Et relicto patre ſuo Zebedæo in navi cū mercenariis, ſecuti ſunt eū.

L relictis oīb⁹, ſecuti ſūt eū. — 133

DÆMONIACUS LIBERATUS.

m. 1. L. 4.

§. 69. 69. m. 21 Et ingrediuntur Capharnaum: & ſtatim

m. Sabbatis ingreſſus in Synagogam, docebat eos. 22. Et ſtu-

L ibique docebat illos Sabbatis. 32 Et ſtupe-

m.	L.
pebant ſuper doctrina ejus: erat enim docens eos quaſi poteſtatem habens,	bant in doctrina ejus; quia in poteſtate erat ſermo ipſius.

m. & non ſicut Scribæ.

m. 23 Et erat in Synagoga eorum homo in ſpiritu immundo; & exclamavit	L 33 Et in Synagoga erat homo habens dæmonium immundũ; & exclamavit

L. voce magnà,

m. 24 dicens: L dicens:

L. Sine,

m Quid nobis & tibi, Jeſu Nazarene? veniſti perdere nos? Scio qui ſis, Sanctus Dei. 25 Et cõminatus eſt ei Jeſus, dicens: Obmuteſce, & exi de homine. 26 Et — b	L. quid nobis & tibi, Jeſu Nazarene? veniſti perdere nos? Scio te quis ſis, Sanctus Dei. 35 Et ĩcrepavit illũ Jes⁹, dicẽs: Obmuteſce, & exi ab eo Et

L. cum projeciſſet illum

m. a ſpiritus immundus — c L dæmonium

L. in medium,

m. b diſcerpens eum, — a c & exclamans voce magna,

m. exiit ab eo, L exiit ab illo,

L. nihilque illum nocuit.

m 27 Et mirati ſunt oẽs, ita ut conquirerent inter ſe, dicentes: Quidnam eſt hoc?	L. 36 Et factus eſt pavor in oĩbus, & colloquebantur ad invicem, dicentes: Quod eſt hoc verbum?

m. Quænam doctrina hæc nova?

m. quia in poteſtate L quia in poteſtate

L & virtute

m. etiam ſpiritibus immundis imperat,

L imperat immundis ſpiritibus,

m. & obediunt ei,

L. & exeunt.

m 28 Et proceſſit rumor ejus ſtatim in omnem regionem Galilææ.

L. 37 Et divulgabatur fama de illo in omnem locum regionis.

SOCRUS PETRI SANATA.

M. 8. m. 1. L. 4.

§. 70. 70. m. 29 Et protinus, egredientes de Synagoga, venerunt in domum Simonis,

L 38 Surgens autem Jeſus de Synagoga, introivit in domum Simonis.

m. & Andreæ, cum Jacobo & Joanne.

M. 14 Et cum veniſſet Jeſus in domum Petri, vidit

M. ſocrū ejus jacentē, & febricitantem

m 30 Decumbebat autem ſocrus Simonis febricitans:

L Socrus autē Simonis tenebatur magnis febribus:

m. & ſtatim dicunt ei de illa. 31 Et accedens,

L & rogaverunt illum pro ea. 39 Et ſtans ſuper illam,

m. elevavit eam;

M 15 & tetigit manū ejus, &

m. apprehenſa manu ejus, &

L. imperavit febri: &

M dimiſit eam febris:

m. continuo dimiſit eam febris;

L dimiſit illam;

M. & ſurrexit,

L & continuo ſurgens,

M. & miniſtrabat eis. · m & miniſtrabat eis. L. miniſtrabat illis.

VARII INFIRMI CURATI, MULTIQUE DÆMONIACI LIBERATI.

M. 8. m. 1. L. 4.

71.M.16 Veſpere autẽ facto m 32 Veſpere autem facto §. 71.

m cum occidiſſet ſol, afferebant ad eum omnes male habentes, & L. 40 cum autem ſol occidiſſet, oẽs qui habebant infirmos variis languoribus, ducebant illos ad eum;

M. obtulerunt ei multos dæmonia habentes: — b m dæmonia habentes:

m 33 & erat omnis civitas congregata ad januam.

M. a Et omnes male habentes curavit, m 34 Et curavit multos, qui vexabãtur variis languoribus: L. At ille — b a curabat eos, — c

L. b ſingulis manibus imponens; — a.

M. 17 ut adimpleretur quod dictum eſt per Iſaiam Prophetam dicentem: † Ipſe infirmitates noſtras accepit, & ægrotationes noſtras portavit. — 74 † Iſ. 53. 4.

M. b Et ejiciebat ſpiritus verbo. — a m. Et dæmonia multa ejiciebat

L. c. 41 Exibant autem dæmonia à multis clamantia, & dicentia: Quia tu es Filius Dei. Et increpans,

m & non ſinebat ea loqui; quoniam ſciebant eum. L. non ſinebat ea loqui; quia ſciebant ipſum eſſe Chriſtum.

PERAGRAT JESUS GALILÆAM.

M. 4. m. 1. L. 4.

§. 72. 72. L. 42. Facta autem die,

m. 35 Et diluculo valde ſurgens,

m. Egreſſus abiit in deſertum locum,	L. Egreſſus ibat in deſertum locum.

m. ibique orabat. 36 Et proſecutus eſt eum Simon, & qui cum illo erant. 37 Et cum inveniſſent eum, dixerunt ei: Quia omnes quærunt te. 38 Et ait illis: Eamus in proximos vicos & civitates, ut & ibi prædicem; ad hoc enim veni.

L. Et turbæ requirebant eum, & venerunt uſque ad ipſum: & detinebant illum ne diſcederet ab eis. 43 Quibus ille ait: Quia & aliis civitatibus oportet me evangelizare Regnum Dei; quia ideo miſſus ſum.

§. 73.

73. M. 23 Et circuibat Jeſus totam Galilæã, docẽs in Synagogis eorum,	m. 39 Et erat prædicans in Synagogis eorum, & in omni Galilæa,	L. 44 Et erat prædicãs ĩ Synagogis Galilææ. — 67	L. a. 15 Et ipſe docebat ĩ Synagogis eorũ — c

M. & prædicans Evangelium Regni; & ſanans omnem languorem, & omnem infirmitatem in populo,

m. & dæmonia ejiciens. — 133

M. 24 & abiit opinio	L. b Et fama exiit

L. per univerſam regionem

M. ejus	L. de illo, * — a

M. in totam Syriam;

L. c & magnificabatur ab omnibus. — 170

M. Et obtulerunt ei omnes male habentes variis languoribus, & tormentis comprehenſos, & qui dæmonia habebant, & lunaticos, & paralyticos; & curavit eos. — 103

M. 8. L. 9.

74. M. 18 Videns autem Jeſus turbas multas circum ſe, §. 74.
juſſit ire trans fretum. 19 Et

L. 57 factum eſt autem, ambulantibus illis in via,

M. accedens unus Scriba, ait illi:

L. dixit quidam ad illum:

M. Magiſter,

M ſequar te, quocumque ieris. 20 Et dicit ei Jeſus: Vulpes foveas habent, & volucres cœli nidos; Filius autem hominis non habet ubi caput reclinet. 21 Alius autem,

L. ſequar te, quocumque ieris. 58 Dixit illi Jeſus: Vulpes foveas habent, & volucres cœli nidos; Filius autem hominis non habet ubi caput reclinet. 59 Ait autem ad alterum,

M. de diſcipulis ejus:

L. Sequere me. Ille autem

M. ait illi: Domine, permitte me primùm ire, & ſepelire patrem meum. 22 Jeſus autē ait illi: — b a Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos; 23 & — 75

L dixit: Domine, permitte mihi primum ire, & ſepelire patrem meum. 60 Dixitque ei Jeſus: Sine ut mortui ſepeliant mortuos ſuos: tu autem

M. b ſequere me, & — a

L. vade, & annuntia Regnum Dei. 61 Et ait alter: Sequar te, Domine; ſed permitte mihi primùm renuntiare his quæ domi ſunt. 62 Ait ad illum Jeſus: Nemo mittens manum ſuam ad aratrum, & reſpiciens retro, aptus eſt Regno Dei. — 259

TEMPESTAS SEDATA.

M. 8. m. 4. L. 8.

§. 75 75. m. 35 Et — b a in illa die,

L 22 Factum eſt autem in una dierum, &

m. cum ſero eſſet factum, — c

M. aſcendente eo in naviculam, ſecuti ſunt eũ diſcipuli ejus. — b

L ipſe aſcẽdit in naviculam, & diſcipuli ejus.

m b ait illis: —— a c Tranſeamus contra.

L. Et ait ad illos: Transfretemus trans ſtagnum.

m. 36 Et dimittentes turbam, aſſumunt eum ita ut erat in navi,

L. & aſcenderunt;

m. & aliæ naves erant cum illo. — e

L. 23 Et navigantibus illis,

m d. 38 Et erat ipſe in puppi ſuper cervical

M a Ipſe vero dormiebat: — c

m dormiens: — f

L. obdormivit:

M. b. 24 Et ecce motus magnus factus eſt in mari,

m c. 37 Et facta eſt procella magna venti

L. & deſcendit procella venti in ſtagnum;

m. & fluctus mittebat in navim,

M. ita ut navicula operiretur fluctibus; — a

m ita ut impleretur navis. — d

L. & complebantur,

L. & periclitabantur.

M. c 25 Et acceſſerunt ad eum diſci-puli ejus, L 24 Accedentes autem

M. & ſuſcitave-rũt eum, dicẽtes: m f Et excitant eũ, & dicunt illi: L ſuſcitaverunt eum, dicentes:

m. Magiſter, L Præceptor,

m. non ad te pertinet quia perimus? — h

M. Domine, ſalva nos,

M. perimus. L perimus. — b

M. 26 Et dicit eis Jeſus: m g 40 Et ait illis: L a 25 Dixit autem illis:

M. Quid timidi eſtis, m Quid timidi eſtis?

M. modicæ fidei?

L. ubi eſt fides veſtra? — c

m. necdum habetis fidem? — i

M. Tunc ſur-gens, impera-vit ventis m h 39 Et exur-gens, commina-tus eſt vento, L b At ille ſur-gens, increpavit ventum

M & mari, L. & tempeſtatem aquæ,

m. & dixit mari: Tace, obmuteſce.

m. Et ceſſavit ventus, L Et ceſſavit,

M. & facta eſt tran-quillitas magna. m & facta eſt tran-quillitas magna — g L & facta eſt trãquillitas — a

M. 27 Porro homines

m i Et timuerunt L c Qui timentes,

m. timore magno, &

M. mirati ſunt, L mirati ſunt,

M dicentes: Qualis eſt hic; quia | m dicebant ad alterutrum: Quis, putas, eſt iſte; quia | L. ad invicem dicentes: Quis putas, hic eſt; quia

L. & ventis, & mari imperat; &

M. venti & mare obediunt ei? | m & ventus & mare obediunt ei? | L obediunt ei?

DUO DÆMONIACI A LEGIONE DÆMONUM LIBERATI.

M. 8. m. 5. L. 8.

§. 76. 76. M 28 Et cum veniſſet trans fretum in regionem Geraſenorum, | m. 1 Et venerunt trans fretum maris in regionem Geraſenorum, | L 26 Et navigaverunt ad regionem Geraſenorum,

L. quæ eſt contra Galilæam.

m 2 Et exeunti ei | L. 27 Et cum egreſſus eſſet

L. ad terram

m. de navi, ſtatim

M occurrerunt ei | m occurrit | L occurrit illi

M. duo habentes dæmonia

M de monumentis exeuntes, | m de monumentis

M. ſævi nimis, ita ut nemo poſſet tranſire per viam illam. 29 Et *

* unus ex illis

m homo in ſpiritu immundo, | L vir quidam qui habebat dæmonium

L. jam temporibus multis, & veſtimento non induebatur,

m 3 qui domicilium habebat in monumentis; | L. neque in domo manebat, ſed in monumentis; — b

m. & neque catenis jam quiſquam poterat eum ligare:

m 4 quoniam ſæpe compedibus & catenis vinctus, dirupiſſet catenas, & compedes comminuiſſet; | L. a & vinciebatur catenis, & compedibus cuſtoditus; & ruptis vinculis

m. & nemo poterat eum domare:

L. agebatur à dæmonio in deſerta; — c

m. 5 & ſemper die ac nocte in monumentis & in montibus erat, clamans, & concidens ſe lapidibus.

m 6 Videns autem Jeſum | L. b 28 Is ut vidit Jeſum

m. à longè, cucurrit,

L. procidit ante illum,

m. & adoravit eum:

M ecce clamaverunt | m 7 & clamans | L. & exclamans

m. voce magna, | L voce magna,

M dicentes: Quid nobis & tibi, Jeſu Fili Dei? | m dixit: Quid mihi & tibi, Jeſu Fili Dei | L. dixit: Quid mihi & tibi eſt, Jeſu Fili Dei

m. altiſſimi? | L altiſſimi?

M. veniſti huc ante tempus torquere nos?

m. Adjuro te | L Obſecro te,

m. per Deum,

m. ne me torqueas. | L ne me torqueas.

L. 29 Præcipiebat enim ſpiritui immundo ut exiret ab homine; multis enim temporibus arripiebat illum. — a

m. 8 Dicebat enim illi: Exi ſpiritus immunde ab homine.

m. 9 Et interrogabat eum: Quod tibi nomen eſt? Et dicit ei: Legio mihi nomen eſt,	L. c. 30 Interrogavit autem illum Jeſus, dicens: Quod tibi nomen eſt? At ille dixit: Legio:

m. quia multi ſumus;

L. (quia intraverant dæmonia multa in eum)

m 10 Et deprecabatur eum	L. 31 Et rogabant illum

m. multum ne ſe expelleret extra regionem, *

* & L. ne imperaret illis ut in abyſſum irent.

§. 77.

77. M. 30 Erat autẽ non longe ab illis grex multorum porcorum paſcens. 31 Dæmones autẽ rogabant eum,	m 11 Erat autem ibi circa montem grex porcorum magnus paſcens. 12 Et deprecabantur eum ſpiritus.	L. 32 Erat autem ibi grex porcorũ multorum paſcentium in mõte. Et rogabant eum

L. ut permitteret eis in illos ingredi.

M. dicentes: m dicentes:

M. Si ejicis nos hinc,

M. mitte nos in gregem porcorum,	m mitte nos in porcos,

m. ut in eos introeamus.

m. 13 Et conceſſit eis ſtatim Jeſus, L & permiſit illis.

M. 32 & ait illis: Ite.

M At illi exeuntes, abierunt in porcos: . . . . & ecce impetu abiit tot⁹ grex per præceps in mare,

m. Et exeuntes ſpiritus immundi introierũt ĩ porcos: & magno impetu grex præcipitatus eſt in mare,

L 33 Exierũt ergo dæmonia ab homine, & intraverunt in porcos: & impetu abiit grex per præceps in ſtagnum,

m. ad duo millia;

M & mortui ſunt in aquis.

m. & ſuffocati ſunt in mari.

L & ſuffocatus eſt.

L. 34 Quod ut viderunt factum

M 33 Paſtores autem fugerunt; &

m. 14 qui autẽ paſcebãt eos, fugerũt; & — b

L qui paſcebãt, fugerũt; & — b

M. venientes

M. in civitatem,

m a in civitatem,

L a in civitatem,

m. & in agros, — 78

L. & in villas, — 78. b

M. nuntiaverunt

m b nuntiaverunt. — a

L b nuntiaverunt. — a

M. omnia, & de eis qui dæmonia habuerant.

78. 34 Et ecce tota civitas §. 78.

m. &

L. a omnis multitudo regionis Geraſenorum — c

m. egreſſi ſunt videre quid eſſet factum,

L b. 35 exierunt autẽ videre quod factum eſt,

M exiit obviam Jeſu:

m 15 & veniunt ad Jeſum:

L. & venerunt ad Jeſum:

M. & viſo eo,

m & vident illũ qui à dæmonio vexabatur, ſedentem, veſtitum, & ſanæ mentis;

L & invenerunt hominẽ ſedentẽ, à quo dæmonia exierant, veſtitũ, ac ſana mente.

L. ad pedes cjus;

m & timuerunt. 16 Et narraverũt illis, qui viderant, qualiter factum eſſet ei qui dæmonium habuerat;

L. & timuerunt. 36 Nuntiaverunt autem illis & qui viderant, quomodo ſanus factus eſſet a legione;

m. & de porcis.

M rogabant ut tranſiret à finibus eorum,

m. 17 Et rogare cœperũt eum ut diſcederet de finibus eorum:

L 37 Et rogaverũt illũ — a c ut diſcederet ab ipſis:

L. quia magno timore tenebantur.

M. 9. m. 5. L. 8.

§ 79. 79. M. 1 Et aſcendens in naviculam, transfretavit.

L Ipſe autem aſcendens navim, reverſus eſt.

m. 18 Cumque aſcenderet navim,

m. cœpit illum deprecari qui à dæmonio vexatus fuerat, ut eſſet cũ illo: 19 & non admiſit eum, ſed ait illi: Vade in domum tuam ad tuos, & annuntia illis quanta tibi Dominus fecerit

L 38 Et rogabat illum vir à quo dæmonia exierant, ut cum eo eſſet. Dimiſit autem eum Jeſus, dicens: 39 Redi in domum tuam, & narra quanta tibi fecit Deus.

m. & miſertus ſit tui.

m. 20 Et abiit L Et abiit

L. per univerſam civitatem,

m & cœpit prædicare L prædicans

m in Decapoli

m quanta ſibi feciſſet Jeſus: L quanta illi feciſſet Jeſus.

m. & omnes mirabantur.

m. 21 Et cum tranſcendiſſet Jeſus in navi rurſum trans fretum, L 40 Factum eſt autem cum rediiſſet Jeſus

m. convenit turba multa ad eum (& erat circa mare) 22 & — 87

L. excepit illum turba: erant enim omnes expectantes eum. — 87

PARALYTICUS SANATUS.

M. 9. m. 2. L. 5.

80. M Et venit m. 1 Et iterum intravit §. 80.

M. in civitatem ſuam

m. Capharnaum poſt dies. 2 Et auditum eſt quod in domo eſſet: &

L 17 Et factum eſt in una dierum

m. convenerunt multi, ita ut non caperet neque ad januam.

L. Et ipſe ſedebat docens, — b

m. & loquebatur eis verbum;

L. a & virtus Domini erat ad ſanandum eos. — 81 b Et erant Phariſæi ſedentes, & Legis-doctores, qui venerant ex omni caſtello Galilææ, & Judææ, & Jeruſalem. — a

81. M. 2 Et ecce offerebant ei paralyticum. . . . . jacentem in lecto,	m. 3 Et venerunt ad eum ferentes paralyticum	L 18 Et ecce viri portãtes in lecto hominẽ, qui erat paralyticus,	§. 81.

m. qui à quatuor portabatur;

L. 5. L. & quærebant eum inferre, & ponere ante eum.

m 4 Et cum nõ poſſent offerre eum illi præ turba,

L. 19 Et non invenietes qua parte illũ inferrẽt prę turba,

L. aſcenderunt ſupra tectum, &

m. nudaverunt tectum ubi erat; & patefacientes

L. per tegulas

m. ſubmiſerunt grabatum, in quo paralyticus jacebat,

L ſubmiſerunt eum cum lecto

L. in medium ante Jeſum.

M Et videns Jeſus fidem illorum, dixit paralytico:

m. 5 Cum autem vidiſſet Jeſus fidẽ illorum, ait paralytico:

L 20 Quorum fidem ut vidit, dixit:

M. Confide,

M. fili, remittũtur tibi peccata tua. 3 Et ecce quidã de Scribis dixerũt intra ſe: Hic blaſphemat.

m Fili, dimittuntur tibi peccata tua. 6 Erãt autem illic quidã de Scribis ſedẽtes, & cogitãtes in cordib9 ſuis, 7 Quid hic ſic loquitur? blaſphemat.

L Homo, remittũtur tibi peccata tua. 21 Et cęperũt cogitare Scribę & Phariſęi dicentes: Quis eſt hic, qui loquitur blaſphemias?

m. Quis poteſt dimittere peccata, niſi ſolus Deus?

L Quis poteſt dimittere peccata, niſi ſolus Deus?

§. 82. 82. M Et cum vidiſſet Jeſus cogitationes eorum, dixit: 4 Ut quid cogitatis mala in cordib9 veſtris? 5 Quid eſt facilius dicere, Dimittũtur tibi peccata tua; an dicere, Surge,

m. 8 Quo ſtatim cognito Jeſus ſpiritu ſuo, quia ſic cogitarent intra ſe, dicit illis: Quid iſta cogitatis in cordibus veſtris? 9 Quid eſt facilius dicere paralytico, Dimittuntur tibi peccata; an dicere, Surge,

L 22 Ut cognovit autem Jeſus cogitationes eorum, reſpondens dixit ad illos: Quid cogitatis in cordibus veſtris? 23 Quid eſt facilius dicere, Dimittuntur tibi peccata; an dicere, Surge,

m. tolle

m. tolle grabatum tuum,

M. & ābula? 6 Ut autē ſciatis quia Filius hominis habet poteſtatem in terra dimittē-di peccata, (tunc ait paralytico)	m. & ambula? 10 Ut autem ſciatis quia Filius hominis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata, (ait paralytico)	L. & ambula? 24 Ut autem ſciatis quia Fili⁹ hominis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata, (ait paralytico)

m. 11 Tibi dico, L. Tibi dico,

M. Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. 7 Et ſurrexit,	m. ſurge, tolle grabatum tuum, & vade in domū tuam. 12 Et ſtatī ſurrexit ille — b	L. ſurge, tolle lectum tuum, & vade in domū tuam. 25 Et confeſtim cō-ſurgens

m. a coram omnibus — c
b & ſublato grabato

L. coram illis, tulit lectum in quo jacebat,

M. & abiit in domum ſuam, m. abiit — a L. & abiit in domum ſuam,

L. magnificans Deum. — b

M. 8 Videntes autem turbæ timuerunt, L. a Et repleti ſunt timore, — c

m. c ita ut mirarentur omnes, L. b 26 & ſtupor apprehendit omnes;

M. & glorificaverunt Deum, m. & honorificarent Deum, L. & magnificabant Deum, — a

M. qui dedit poteſtatem talem hominibus,

m. dicentes: Quia L. c dicentes: Quia

L. vidimus mirabilia hodie:

m. numquam ſic vidimus.

PUBLICANI VOCATIO.

M. 9. m. 2. L. 5.

§. 83. 83. L. 27 Et poſt hæc exiit,

m. 13 & egreſſus eſt rurſus ad mare; omniſque turba veniebat ad eum, & docebat eos.

M. 9 Et cum trãſiret inde Jeſus, m 14 Et cum præteriret,

M vidit hominem ſedẽtẽ in telonio, Matthæũ nomine, & ait illi: Sequere me. Et

m. vidit Levi Alphæi, ſedentem ad telonium; & ait illi: Sequere me. Et

L & vidit........ Publicanũ nomine Levi, ſedentem ad teloniũ; & ait illi: Sequere me.

L. 28 Et relictis omnibus,

M. ſurgens, ſecutus eſt eum.

m ſurgens ſecutus eſt eum.

L ſurgens ſecutus eſt eum.

§. 84. 84. L. 29 Et fecit ei convivium magnum Levi in domo ſua.

M 10 Et factum eſt diſcumbente eo in domo,

m. 15 Et factum eſt cum accumberet in domo illius,

M. ecce multi Publicani & peccatores venientes, diſcumbebant cum Jeſu & diſcipulis ejus: 11 Et — b

m multi Publicani & peccatores ſimul diſcũbebant cum Jeſu & diſcipulis ejus:

L Et erat turba multa Publicanorum, & aliorum, qui cum illis erant diſcũbentes. 30 Et

m (erant enim multi qui & ſequebantur eum.) 16 Et

L. murmurabant

M a Phariſæi — c

m. Scribæ & Phariſæi

L Phariſæi & Scribæ eorum,

M. b videntes — a

m videntes

m. quia manducaret cum Publicanis & peccatoribus, * *&

M. c dicebāt diſcipulis ejus: Quare cum Publicanis & peccatoribus

m dicebant diſcipulis ejus: Quare cum Publicanis & peccatoribus

L dicētes ad diſcipulos ej⁹: Quare cum Publicanis & peccatoribus

L. manducatis & bibitis, 31 &

M. manducat Magiſter veſter? 12 At Jeſus audiens,

m. manducat & bibit Magiſter veſter? 17 Hoc audito,

M ait: Non eſt opus valentib⁹ medicus, ſed male habentibus: — e d non enim veni vocare juſtos, ſed peccatores. — 85

m. Jeſus ait illis: Non neceſſe habēt ſani medico, ſed qui male habent: non enī veni vocare juſtos, ſed peccatores

L reſpōdens Jes⁹, dixit ad illos: Nō egēt qui ſani ſunt medico, ſed qui male habent. 32 Non veni vocare juſtos, ſed peccatores

L. ad pœnitentiam.

M. e 13 Euntes autem diſcite quid eſt: † Miſericordiam volo, & non ſacrificium. — d † Oſ. 6. 6.

DISCEPTATIO DE JEJUNIO.

M. 9. m. 2. L. 5.

85. M. 14 Tunc — b à diſcipuli Joannis — c

m 18 & erant diſcipuli Joannis §. 85.

m. & Phariſæi jejunantes

M. b acceſſerunt ad eum, — a

m & veniunt,

M. c dicētes: Quare nos & Phariſæi jejunamus

m & dicūt illi: Quare diſcipuli Joānis & Phariſæorū jejunant

L 33 At illi dixerūt ad eū: Quare diſcipuli Joānis, -b a ſimiliter & Phariſeorū-c b jejunant

M. frequenter, L frequenter,

L. & obſecrationes faciunt, — a

M. tui autē diſcipuli m tui autē diſcipuli L c tui autem

* & L. edunt & bibunt, *

M. non jejunant? m non jejunant?

M. 15 Et ait illis Jeſus: m 19 Et ait illis Jeſus: L 34 Quibus ipſe ait:

L. Numquid poteſtis filios ſponſi, dum cum illis eſt ſponſus, facere jejunare?

M Nūquid poſſunt filii ſponſi, -e e quamdiu cum illis eſt ſponſus, — f m. Numquid poſſunt filii nuptiarum, quamdiu ſponſus cum illis eſt,

* aut m. jejunare *

M. e lugere? — d

m. Quanto tempore habent ſecum ſponſum, non poſſunt jejunare.

M. f Venient autem dies, cum auferetur ab eis ſpōſus; & tunc jejunabunt m 20 Venient autem dies, cum auferetur ab eis ſpōſus; & tunc jejunabunt L 35 Venient autem dies, cum ablatus fuerit ab illis ſponſus; tunc jejunabunt

m. in illis diebus. L in illis diebus.

§. 86. 86. L. 36 Dicebat autem & ſimilitudinem ad illos:

M 16 Nemo autē immittit cōmiſſuram panni rudis in veſtimentum vetus, tollit enim m. 21 Nemo aſſumētum pāni rudis aſſuit veſtimento veteri; alioquin aufert ſupplementum novum L Quia nemo cōmiſſurā à novo veſtimento immittit in veſtimentū vetus; alioquin & novum rumpit,

M. plenitudinem ejus à veſtimento

m à veteri,

M & pejor ſciſſura fit. m. & major ſciſſura fit;

L. & veteri non convenit commiſſura à novo.

M 17 Neque mittunt vinum novum in utres veteres: alioquin rumpuntur utres, & vinum effunditur, & utres pereunt: ſed vinum novum in utres novos mittunt,	m 22 Et nemo... mittit vinũ novũ in utres veteres: alioquin dirumpet vinum utres, & vinum effundetur, & utres peribunt: ſed vinum novum in utres novos mitti debet. — 99	L. 37 Et nemo mittit vinum novum in utres veteres; alioquin rumpet vinum novum utres, & ipſum effundetur, & utres peribunt: 38 ſed vinum novum in utres novos mittendum eſt,

M & ambo conſervantur. L. & utraque conſervantur.

L. 35 Et nemo bibens vetus, ſtatim vult novum; dicit enim: Vetus melius eſt. — 99

HÆMORRHOISSA SANATA, ET ARCHISYNAGOGI FILIA SUSCITATA.

M. 9. m. 5. L. 8.

87. M. 18 Hæc illo loquente ad eos,

M ecce princeps unus acceſſit,	m Venit quidam de archiſynagogis, nomine Jairus;	L 41 Et ecce venit vir, cui nomen Jairus, & ipſe princeps Synagogæ erat:	§. 87.

m. & videns eum,

m. procidit ad pedes ejus, L & cecidit ad pedes Jeſu,

M. & adorabat eum,

L. rogans eum ut intraret in domum ejus: 42 quia unica filia erat ei fere annorum duodecim, & hæc moriebatur.

m. 23 Et deprecabatur eum multum,

M. dicens : m dicens :

M. Domine,

M. filia mea m Quoniam filia mea

m. in extremis eſt,

M. modo defuncta eſt;

M. ſed veni, impone manum tuam ſuper eam, m veni, impone manum ſuper eam,

m. ut ſalva ſit & vivat,

M. & vivet. 19 Et ſurgens Jeſus,

M ſequebatur eum, m 24 Et abiit cum illo;

m. & ſequebatur eum turba multa,

M. & diſcipuli ejus.

L. Et contigit, dum iret,

m & comprimebant eum. L. à turbis comprimebatur.

§ 88. 88. M. 20 Et ecce mulier, quæ ſanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, m 25 Et mulier, quæ erat in profluvio ságuinis annis duodecim, L. 43 Et mulier quædam erat in fluxu ſanguinis ab annis duodecim,

m. 26 & fuerat multa perpeſſa à compluribus medicis, &

m erogaverat omnia ſua, nec quidquam profecerat, L quæ in medicos erogaverat omnem ſubſtantiam ſuam, nec ab ullo potuit curari,

m. ſed magis deterius habebat: 27 cum audiſſet de Jeſu,

M acceſſit retro, & tetigit fimbriã veſtimenti ejus, m. venit in turba retro, & tetigit veſtimentum ejus. L 44 acceſſit retro, & tetigit fimbriam veſtimenti ejus.

M. 21 Dicebat enim intra ſe: Si tetigero tantum veſtimentum ejus, ſalva ero. — b m 28 Dicebat enim: Quia ſi vel veſtimentum ejus tetigero, ſalva ero.

M. a Et ſalva facta eſt mulier ex illa hora: — 89

m 29 Et confeſtim ſiccatus eſt fons ſanguinis ejus, L Et confeſtim ſtetit fluxus ſanguinis ejus.

m. & ſenſit corpore quia ſanata eſſet à plaga. 30 Et ſtatim Jeſus in ſemetipſo cognoſcens virtutem quæ exierat de illo,

M b 22 At Jeſus converſus, & m. converſus ad turbam,

m aiebat: L 45 Et ait Jeſus:

m. Quis tetigit veſtimenta mea?

L. Quis eſt qui me tetigit? Negantibus autem omnibus,

m 31 Et dicebant ei L. dixit

L. Petrus, & qui cum illo erant

m. diſcipuli ſui:

L. Præceptor,

m Vides turbam comprimentem te, L. turbæ te comprimunt,

L. & affligunt,

m. & dicis; Quis me tetigit? L & dicis; Quis me tetigit?

L. 46 Et dixit Jeſus: Tetigit me aliquis; nam ego novi virtutem de me exiiſſe.

m 32 Et circumſpiciebat videre eam quæ hoc fecerat.
* & 33 Mulier vero — b a ſciens quod factum eſſet in ſe, * — c

L. 47 videns autem mulier quia non latuit,

m. b timens & tremens — a c venit, & procidit ante eum, L tremens venit, & procidit ante pedes ejus,

m. & dixit ei omnem veritatem:

L. & ob quam cauſam tetigerit eum, indicavit coram omni populo; & quemadmodum confeſtim ſanata ſit. 48 At ipſe

M. videns eam,

M dixit: m 34 Ille autem dixit ei: L. dixit ei:

M. Confide

M. filia, fides tua te ſalvam fecit: — a m Filia, fides tua te ſalvam fecit: L Filia, fides tua ſalvam te fecit:

m. vade in pace, L vade in pace.

m. & eſto ſana à plaga tua.

§. 89. 89 m 35 Adhuc eo loquẽte, veniunt ab archiſynagogo, dicentes: Quia filia tua mortua eſt; L. 49 Adhuc illo loquente, venit quidam ad principem Synagogæ, dicens ei: Quia mortua eſt filia tua;

m. quid ultra vexas Magiſtrum?

L. noli vexare illum.

m 36 Jeſus autẽ audito verbo quod dicebatur, ait archiſynagogo Noli timere, tantummodo crede. L 50 Jeſus autẽ audito hoc verbo, reſpondit patri puellæ: Noli timere, crede tantum,

L. & ſalva erit.

m. 37 Et non admiſit quemquam ſe ſequi, niſi Petrum, & Jacobum, & Joannem fratrem Jacobi.

M. 23 Et cũ veniſſet Jeſus in domum	m 38 Et veniunt in domum	L 51 Et cũ veniſſet domum, — b

M. principis, & vidiſſet m archiſynagogi, & vidit

M. tibicines,

M. & turbam tumultuantem, m tumultum,

m. & flentes, & ejulantes multum, L a. 52 flebant autem omnes, & plangebant illam.

M dicebat: m 39 & ingreſſus ait illis: L At ille dixit:

m. Quid turbamini, & ploratis?

L. nolite flere,

M. 24 recedite;

M. non eſt enĩ mortua puella, ſed dormit. Et deridebant eum,	m puella non eſt mortua, ſed dormit. 40 Et irridebant eum.	L non eſt mortua puella, ſed dormit. 53 Et deridebant eum,

L. ſcientes quod mortua eſſet. — c

M 25 Et cũ ejecta eſſet turba, m Ipſe vero, ejectis oĩbus,

m aſſumit patrẽ & matrem puellæ, & qui ſecum erant,	L. b non permiſit intrare ſecum quemquam, niſi Petrum, & Jacobum, & Joannem, & patrem & matrem puellæ. — a

M intravit, m. Et ingreditur

m. ubi puella erat jacens: 41 &

M & tenuit manũ ejus.	m tenẽs manum puellæ,	L c 54 Ipſe autẽ tenens manum ejus,

L. clamavit

m ait L. dicens

m illi: Talitha, cumi: quod eſt interpretatum;

m. Puella, L Puella,

m. tibi dico,

m. ſurge. L ſurge.

L. 55 Et reverſus eſt ſpiritus ejus,

M Et ſurrexit puella. m 42 Et confeſtim ſurrexit puella. L. & ſurrexit continuo,

m. & ambulabat (erat autem annorum duodecim.) — b

m a Et dixit dari illi mãducare. — 170 b Et obſtupuerunt L. Et juſſit illi dari manducare. 56 Et ſtupuerunt

m. ſtupore magno

L. parentes ejus:

m. 43 & præcepit illis vehemẽter ut nemo id ſciret. — a L quib⁹ præcepit ne alicui dicerẽt quod factum erat. — 176

M. 26 Et exiit fama hæc in univerſam terram illam.

Duo cæci curati.

M. 9.

§. 90. 90. 27 Et tranſeunte inde Jeſu, ſecuti ſunt eum duo cæci, clamantes, & dicentes: Miſerere noſtri, fili David. 28 Cum autem veniſſet domum, acceſſerunt ad eum cæci. Et dicit eis Jeſus: Creditis quia hoc poſſum facere vobis? Dicunt ei: Utique Domine. 29 Tunc tetigit oculos eorum, dicens: Secundum fidem veſtram fiat vobis. 30 Et aperti ſunt oculi eorum. Et comminatus eſt illis Jeſus, di-

cens: Videte ne quis ſciat. 31 Illi autem exeuntes diffa-
maverunt eum in tota terra illa.

Dæmoniacus mutus curatus.

M. 9.

91. 32 Egreſſis autem illis, ecce obtulerunt ei hominem §. 91.
mutum, dæmonium habentem. 33 Et ejecto dæmonio, lo-
cutus eſt mutus, & miratæ ſunt turbæ, dicentes: Num-
quam apparuit ſic in Iſrael. 34 Phariſæi autem dicebant:
In principe dæmoniorum ejicit dæmones. — 174.

SECTIO IV.

Homo ab infirmitate triginta et octo annorum sanatus.

J. 5.

92. 1 Poſt hæc erat dies feſtus Judæorum, & aſcendit Je- §. 92.
ſus Jeroſolymam. 2 Eſt autem Jeroſolymis Probatica piſ-
cina, quæ cognominatur Hebraice Bethſaida, quinque
porticus habens. 3 In his jacebat mutitudo magna lan-
guentium, cæcorum, claudorum, aridorum, expectan-
tium aquæ motum. 4 Angelus autem Domini deſcende-
bat ſecundum tempus in piſcinam, & movebatur aqua:
& qui prior deſcendiſſet in piſcinam poſt motionem aquæ,
ſanus fiebat à quacumque detinebatur infirmitate.

93. 5 Erat autem quidam homo ibi, triginta & octo §. 93.
annos habens in infirmitate ſua. 6 Hunc cum vidiſſet Je-
ſus jacentem, & cognoviſſet quia jam multum tempus
haberet, dicit ei: Vis ſanus fieri? 7 Reſpondit ei langui-
dus: Domine, hominem non habeo, ut cum turbata fue-
rit aqua, mittat me in piſcinam: dum venio enim ego,
alius ante me deſcendit. 8 Dicit ei Jeſus: Surge, tolle
grabatum tuum, & ambula. 9 Et ſtatim ſanus factus eſt
homo ille; & ſuſtulit grabatum ſuum, & ambulabat.

94. Erat autem Sabbatum in die illo. 10 Dicebant ergo §. 94.
Judæi illi qui ſanatus fuerat: Sabbatum eſt, non licet ti-

†Jer. 17. 24. bi † tollere grabatum tuum. 11 Reſpondit eis: Qui me ſa-
num fecit, ille mihi dixit: Tolle grabatum tuum, & am-
bula. 12 Interrogaverunt ergo eum: Quis eſt ille homo
qui dixit tibi; tolle grabatum tuum, & ambula? 13 Is au-
tem qui ſanus fuerat effectus, neſciebat quis eſſet: Jeſus
enim declinavit à turba conſtituta in loco. 14 Poſtea in-
venit eum Jeſus in Templo, & dixit illi: Ecce ſanus fa-
ctus es, jam noli peccare, ne deterius tibi aliquid con-
tingat. 15 Abiit ille homo, & nuntiavit Judæis, quia Je-
ſus eſſet, qui fecit eum ſanum. 16 Propterea perſeque-
bantur Judæi Jeſum, quia hæc faciebat in Sabbato.

Sermo Christi ad Judæos de potestate sibi a Patre tradita,

J. 5.

§. 95. 95. 17 Jeſus autem reſpondit eis: Pater meus uſque
modo operatur, & ego operor. 18 Propterea ergo magis
quærebant eum Judæi interficere; quia non ſolum ſol-
vebat Sabbatum, ſed & Patrem ſuum dicebat Deum, æ-
qualem ſe faciens Deo. Reſpondit itaque Jeſus, & dixit
eis: 19 Amen, amen dico vobis: non poteſt Filius à ſe
facere quidquam, niſi quod viderit Patrem facientem:
quæcumque enim ille fecerit, hæc & Filius ſimiliter fa-
cit. 20 Pater enim diligit Filium, & omnia demonſtrat
ei quæ ipſe facit; & majora his demonſtrabit ei opera, ut
vos miremini. 21 Sicut enim Pater ſuſcitat mortuos, &
vivificat, ſic & Filius quos vult vivificat. 22 Neque enim
Pater judicat quemquam; ſed omne judicium dedit Fi-
lio; 23 ut omnes honorificent Filium ſicut honorificant
Patrem. Qui non honorificat Filium, non honorificat
Patrem qui miſit illum.

§. 96. 96. 24 Amen, amen dico vobis, quia qui verbum meum
audit, & credit ei qui miſit me, habet vitam æternam,
& in judicium non venit; ſed tranſiit à morte in vitam.
25 Amen, amen dico vobis, quia venit hora, & nunc eſt,
quando mortui audient vocem Filii Dei; & qui audie-
rint vivent. 26 Sicut enim Pater habet vitam in ſemetip-
ſo; ſic dedit & Filio habere vitam in ſemetipſo: 27 & po-
teſtatem dedit ei judicium facere, quia filius hominis eſt.
28 Nolite mirari hoc, quia venit hora, in qua omnes

qui in monumentis ſunt, audient vocem Filii Dei: 29 &
procedent qui bona fecerunt, in reſurrectionem vitæ; qui
vero mala egerunt, in reſurrectionem judicii. 30 Non
poſſum ego à meipſo facere quidquam. Sicut audio, ju-
dico: & judicium meum juſtum eſt; quia non quæro vo-
luntatem meam, ſed voluntatem ejus qui miſit me.

97. 31 Si ego teſtimonium perhibeo de meipſo, teſti- §. 97.
monium meum non eſt verum. 32 Alius eſt qui teſtimo-
nium perhibet de me, & ſcio quia verum eſt teſtimonium
quod perhibet de me. 33 Vos † miſiſtis ad Joannem, & † Act. 37.
teſtimonium perhibuit veritati. 34 Ego autem non ab ho-
mine teſtimonium accipio; ſed hæc dico, ut vos ſal-
vi ſitis. 35 Ille erat lucerna ardens & lucens: vos au-
tem voluiſtis ad horam exultare in luce ejus. 36 Ego au-
tem habeo teſtimonium majus Joanne: opera enim quæ
dedit mihi Pater ut perficiam ea, ipſa opera quæ ego fa-
cio, teſtimonium perhibent de me, quia Pater miſit me.
37 Et qui miſit me Pater, ipſe teſtimonium perhibuit de
me: neque † vocem ejus umquam audiſtis, neque ſpe- † Deut. 18, 16.
ciem ejus vidiſtis: 38 & verbum ejus non habetis in vo-
bis manens; quia quem miſit ille, huic vos non creditis.
39 Scrutamini Scripturas, quia vos putatis in ipſis vitam
æternam habere: & illæ ſunt quæ teſtimonium perhibent
de me: 40 & non vultis venire ad me, ut vitam habeatis.

98. 41 Claritatem ab hominibus non accipio. 42 Sed co- §. 98.
gnovi vos, quia dilectionem Dei non habetis in vobis. 43
Ego veni in nomine Patris mei, & non accipitis me: ſi
alius venerit in nomine ſuo, illum accipietis. 44 Quomo-
do vos poteſtis credere, qui gloriam ab invicem accipi-
tis, & gloriam quæ à ſolo Deo eſt, non quæritis? 45 No-
lite ergo putare quia ego accuſaturus ſim vos apud Pa-
trem: eſt qui accuſat vos Moyſes, in quo vos ſperatis.
46 Si enim crederetis Moyſi, crederetis forſitan & mihi:
de me enim ille † ſcripſit. 47 Si autem illius literis non
creditis; quomodo verbis meis credetis? — 186 † Deut. 18, 15.

QUERELÆ PHARISÆORUM ADVERSUS CHRISTI DISCIPULOS QUOD SPICAS SABBATO CONFRICARENT.

M. 12. m. 2. L. 6.

§. 99. 99. m. 23 Et factum eſt iterum | L 1 Factum eſt autem

M. 1 in illo tempore,

M abiit Jeſus per ſata Sabbato. Diſcipuli autem ejus	m. cum Dominus Sabbatis ambularet per ſata, & diſcipuli ejus,	L. in Sabbato ſecundo-primo cum tranſiret per ſata, — b a diſcipuli ejus — c

M. eſurientes

M. cœperunt | m cœperunt

m progredi, &

M. vellere ſpicas,	m vellere ſpicas.	L b vellebant — a c ſpicas,

M. & manducare, | L & manducabant,

L. confricantes manibus.

M 2 Phariſæi autem	m 24 Phariſæi autem	L. 2 Quidam autē Phariſæorum

M. videntes,

L. dicebant illis: Quid facitis quod non licet in Sabbatis? 3 Et

M. dixerunt ei: Ecce diſcipuli tui faciunt quod non licet facere Sabbatis.	m dicebant ei: Ecce quid faciunt Sabbatis quod non licet?

M. 3 At ille dixit eis: Non legiſtis quid fecerit David,	m 25 Et ait illis: Numquam legiſtis quid fecerit David,	L reſpondēs Jeſus ad eos, dixit: Nec hoc legiſtis quod fecit David,

m. quando neceſſitatem habuit,

M quando eſuriit, & qui cũ eo erant? 4 quomodo intravit in domũ Dei,	m. & eſuriit ipſe, & qui cũ eo erãt? 26 quomodo ĩtroivit in domũ Dei	L cũ eſuriiſſet ipſe, & qui cũ illo erãt? 4 quomodo ĩtravit in domum Dei,

m. ſub Abiathar Principe Sacerdotum,

M. & † panes propoſitionis	m & panes propoſitionis	L & panes propoſitionis	† 1. Reg. 21. 6.

L. ſumpſit, &

M. comedit,	m manducavit, — b	L manducavit,

m[a] & dedit eis qui cum eo erant; — c	L. & dedit his qui cum ipſo erant;

M. quos non licebat ei edere,	m[b] quos non licebat manducare,	L quos non licet manducare,

M. neque his qui cum eo erant,

M. niſi ſolis † Sacerdotibus.	m niſi Sacerdotibus. — a	L niſi tantum Sacerdotibus.	† Ex. 29. 32.

M. 5 Aut non legiſtis in † lege, quia Sabbatis Sacerdotes † Num. 28 9.
in Templo Sabbatum violant, & ſine crimine ſunt? 6 Di-
co autem vobis, quia Templo major eſt hic. 7 Si autem
ſciretis quid eſt: † Miſericordiam volo, & non ſacrifi- † Oſ. 6. 6.
cium; numquam condemnaſſetis innocentes.

m. c. 27 Et dicebat eis: L 5 Et dicebat illis:

m. Sabbatum propter hominem factum eſt, & non homo propter Sabbatum.

M 8 Dñs enim eſt Filius hominis etiã Sabbati.	m. 28 Itaq; dominus eſt Filius hominis etiã Sabbati.	L Quia dominus eſt Filius hominis etiam Sabbati.

MANUS ARIDA SANATA.

M. 12. m. 3. L. 6.

§. 100. 100. 9 M. Et cum inde tranſiſſet,

L. 6 factum eſt autem & in alio Sabbato

M venit in Synagogam eorum.

m 1 Et introivit iterũ in Synagogam,

L. ut intraret in Synagogã,

L. & doceret.

M 10 Et ecce homo manum habens aridam.

m Et erat ibi homo habens manũ aridam.

L. Et erat ibi homo, & manus ejus dextera erat arida.

m 2 Et obſervabant eũ, ſi Sabbatis curaret, ut accuſarent illum.

L. 7 Obſervabant autem Scribæ & Phariſæi ſi in Sabbato curaret, ut invenirẽt unde accuſarent eum.

M. Et interrogabant eum, dicentes: Si licet Sabbatis curare? ut accuſarent eum.

L. 8 Ipſe vero ſciebat cogitationes eorum:

m 3 Et ait homini habenti manum aridam: Surge in medium.

L. & ait homini qui habebat manum aridam: Surge, & ſta in medium.

L. Et ſurgens ſtetit.

m 4 Et dicit eis:

L. 9 Ait autem ad illos Jeſus:

L. Interrogo vos;

m. Licet Sabbatis benefacere, an male? animam ſalvam facere, an perdere?

L ſi licet Sabbatis benefacere, an male? animam ſalvam facere, an perdere?

m. At illi tacebant.

M. 11 Ipſe autem dixit illis: Quis erit ex vobis homo, qui

qui habeat ovem unam, & ſi ceciderit hæc Sabbatis in foveam, nonne tenebit & levabit eam? 12 Quanto magis melior eſt homo ove? Itaque licet Sabbatis benefacere.

m. 5 Et circumſpiciens eos	L 10 Et circumſpectis omnibus,

m. cum ira, contriſtatus ſuper cæcitate cordis eorum,

M 13 Tunc ait homini: Extende manum tuam. Et extendit, & reſtituta eſt ſanitati ſicut altera.	m dicit homini: Extende manum tuam. Et extendit, & reſtituta eſt manus illi.	dixit homini: Extēde manum tuam. Et extendit, & reſtituta eſt manus ejus.

101. L. 11 Ipſi autem repleti ſunt inſipientia; & colloquebantur ad invicem quidnam facerent Jeſu. — 104 §. 101.

M. 14 Exeuntes autem Phariſæi	m 6 Exeuntes autem Phariſæi

m. ſtatim cum Herodianis

M conſilium faciebant adverſus eum, quomodo perderent eum.	m. conſilium faciebant adverſus eum, quomodo eum perderent.

M. 15 Jeſus autem ſciens, receſſit inde: — 103

102. 17 ut adimpleretur quod dictum eſt per Iſaiam Prophetam, dicentem: 18 † Ecce puer meus quem elegi, dilectus meus, in quo bene complacuit animæ meæ. Ponam ſpiritum meum ſuper eum, & judicium Gentibus nuntiabit. 19 Non contendet, neque clamabit, neque audiet aliquis in plateis vocem ejus: 20 arundinem quaſſatam non confringet, & linum fumigans non extinguet, donec ejiciat ad victoriam judicium: 21 & in nomine ejus Gentes ſperabunt. — 142

§. 102.
† Iſ. 42. 1.

MULTI MALE HABENTES SANATI, ET DÆMONIACI LIBERATI.

M. 4. M ✠ 12. m. 3. Luc. 6.

§. 103. 103. m. 7 Jeſus autem cum diſcipulis ſuis ſeceſſit ad mare;

M. 25 & ſecutæ sũt eum turbæ multæ M ✠ & ſecuti ſunt eũ multi, m & multa turba- b a ſecuta eſt eum — c

M. de Galilæa, m b à Galilæa,

M. & Decapoli,

M. & de Jeroſolymis, & de Judæa, m & Judæa, — a c 8 & ab Jeroſolymis,

m. & ab Idumæa,

M. & de trans Jordanem: m & trans Jordanem:

m. & qui circa Tyrum & Sidonem, multitudo magna, audientes quæ faciebat, venerunt ad eum. 9 Et dixit diſcipulis ſuis ut navicula ſibi deſerviret propter turbam, ne comprimerent eum: — e

L. a 19 & omnis turba quærebat eum tangere;

m. d ita ut irruerent in eum, ut illum tangerent, quotquot habebant plagas; — f

L. quia virtus de illo exibat,

M ✠ & curavit eos omnes: m e 10 multos enim ſanabat. — d L. & ſanabat omnes. — 107

L. b Et qui vexabantur à ſpiritibus immundis, curabantur: — a

m. f 11 & ſpiritus immundi, cum illum videbant, procidebant ei; & clamabant, dicentes: 12 Tu es Filius Dei. Et vehementer

M ✱ 16 & præcepit eis ne manifeſtum eum facerent. — 102

m. comminabatur eis ne manifeſtarent illum.

Apostolorum electio.

M. 5. m. 3. L. 6. L ✱ 11.

104. L. 12 Factum eſt autem | L ✱ 1 Et factum eſt, §. 104.

L. in illis diebus,

M. 1 videns autem Jeſus turbas,

M. aſcendit in montem | m 13 Et aſcendens in montem, | L exiit in montem

L. orare; & erat pernoctás in oratione Dei. 13 Et | L ✱ cũ eſſet in quodá loco orans,

L ✱ ut ceſſavit, — 122

L. cum dies factus eſſet,

M. & cum ſediſſet,

m. vocavit ad ſe quod voluit ipſe, | L vocavit diſcipulos ſuos;

M acceſſerunt ad eum diſcipuli ejus. — 107 | m. & venerunt ad eum:

L. & elegit duodecim ex ipſis, quos & Apoſtolos nominavit;

m. 14 & fecit ut eſſent duodecim cum illo, & ut mitteret eos prædicare: 15 Et dedit illis poteſtatem curandi infirmitates, & ejiciendi dæmonia.

M. 10. m. 3. L. 6.

105. M. 2 Duodecim autem Apoſtolorum nomina ſunt hæc. Primus, §. 105.

L. 6.

M. Simon qui dicitur Petr⁹, & Andreas	m 16 Et impoſuit Simoni nomẽ Petrus; -b a 18 & Andream; — c	L 14 Simonẽ, quem cognominavit Petrũ, & Andream

M. frater ejus; L fratrem ejus;

M. 3 Jacobus m b 17 & Jacobum L Jacobum,

M. Zebedæi, m Zebedæi,

M. & Joannes m & Joannem L & Joannem;

M. frater ejus; m fratrem Jacobi,

m. & impoſuit eis nomina, Boanerges, quod eſt, filii tonitrui: — a

M. Philippus, & Bartholomæus; Thomas, & Matthæus	m c & Philippum; & Bartholomæum; & Matthæum; & Thomam;	L Philippum, & Bartholomæũ; 15 Matthæum, & Thomam;

M. Publicanus;

M. Jacobus Alphæi,	m & Jacobum Alphæi;	L Jacobum Alphæi, — b

'Judas * ſeu

L. a 16 & 'Judam' Jacobi * — c

M & Thaddæus; m & Thaddæum;

M. 4 Simon m & Simonem L b & Simonem,

M. Chananæus, m Cananuæm;

L. qui vocatur Zelotes; — a

M. & Judas Iſcariotes, qui & tradidit eum. — 178	m 19 & Judam Iſcariotem, qui & tradidit illum. — 142	L c & Judam Iſcariotem, qui †fuit proditor.

† Act. 386. & 420.

Varia Christi documenta.

L. 6.

106. 17 Et deſcendens cum illis, ſtetit in loco cam- §. 106.
peſtri, & turba diſcipulorum ejus, & multitudo copioſa
plebis ab omni Judæa, & Jeruſalem, & maritima & Ty-
ri & Sidonis, 18 qui † venerant ut audirent eum, & ſana- † Art. 103.
rentur à languoribus ſuis. — 103. b

In quo ſita ſit beatitudo.

M. 5. L. 6.

107. L. 20 Et ipſe elevatis oculis in diſcipulos ſuos, §. 107.

M. 2 & aperiens os ſuum, docebat eos,

M. dicens: 3 Beati pauperes L. dicebat: Beati pauperes,

M. ſpiritu,

M. quoniam ipſorum eſt Regnum Cœlorum. L. quia veſtrum eſt Regnum Dei. — b

M. 4 Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram.

M. 5 Beati qui........ lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. 6 Beati qui eſuriunt L. a Beati qui nunc fletis, quia ridebitis. — c b 21 Beati qui nunc eſuritis,

M. & ſitiunt juſtitiam,

M. quoniam ipſi ſaturabuntur. L quia ſaturabimini. — a

M. 7 Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam
conſequentur. 8 Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum
videbunt. 9 Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.
10 Beati qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam,
quoniam ipſorum eſt Regnum Cœlorum.

M. 11 Beati eſtis, L. c 22 Beati eritis,

L. cum vos oderint homines, & cum ſeparaverint vos, &

M. cum maledixerint vobis, L exprobraverint,

L. & ejecerint nomen veſtrum tamquam malum,

M. & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum adverſum vos (mentientes)

M propter me. 12 Gaudete & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in Cœlis.......... Sic enim perſecuti ſunt Prophetas,

L. propter Filium hominis. 23 Gaudete in illa die, & exultate; ecce enim merces veſtra multa eſt in Cœlo. Secundum hæc enim faciebant Prophetis

M. qui fuerunt ante vos,

L. patres eorum.

§. 108. 108. 24 Verumtamen væ vobis divitibus, quia habetis conſolationem veſtram. 25 Væ vobis qui ſaturati eſtis, quia eſurietis. Væ vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis. 26 Væ cum benedixerint vobis homines: ſecundum hæc enim faciebant pſeudoprophetis patres eorum. — 118

Apoſtolos ſalem eſſe terræ & lucem mundi.

M. 5. L. 11.

§. 109. 109. M. 13 Vos eſtis ſal terræ. Quod ſi ſal evanuerit, in quo ſalietur? ad nihilum valet ultra, niſi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. 14 Vos eſtis lux mundi. Non poteſt civitas abſcondi ſupra montem poſita.

M. 15 Neque accendunt lucernam,

L. 33 Nemo lucernam accendit,

L. & in abſcondito

M & ponunt eam ſub modio; ſed ſuper candelabrum,

L. ponit, neque ſub modio; ſed ſupra candelabrum,

M. ut luceat omnibus qui in domo ſunt, * * &

L. ut qui ingrediuntur, lumen videant.

M. 16 Sic luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in Cœlis eſt. — 111

M. 6. L. 11.

110. M. 22 Lucerna corporis tui eſt oculus tuus. Si oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit: 23 ſi autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebroſum erit.

L. 34 Lucerna corporis tui eſt oculus tuus. Si oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuũ lucidũ erit: ſi autē nequã fuerit, etiam corpus tuum tenebroſum erit. §. 110.

L. 35 Vide ergo ne lumen quod in te eſt, tenebræ ſint:

M Si 'ergo' lumen quod in te eſt, tenebræ ſunt, ipſæ tenebræ quantæ erunt? — 299 'enim

L. 36 Si 'ergo' corpus tuum totum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum, & ſicut lucerna fulgoris illuminabit te. — 267 'autem

Legem adimplendam.

M. 5. L. 16.

111. M. 17 Nolite putare quoniam veni ſolvere legem aut Prophetas: non veni ſolvere, ſed adimplere. 18 Amen quippe dico vobis, §. 111.

M. donec tranſeat cœlum & terra, ïota unum aut unus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant.

L. 17 Facilius eſt autem cœlum & terram præterire, quam de lege unum apicem cadere. — 279

M. 19 Qui ergo ſolverit unum de mandatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines, minimus vocabitur in Regno Cœlorum: qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vo-

cabitur in Regno Cœlorum. 20 Dico enim vobis, quia niſi abundaverit juſtitia veſtra pluſquam Scribarum & Phariſæorum, non intrabitis in Regnum Cœlorum.

De manſuetudine, reconciliatione, & concordia.

M. 5. L. 12.

§. 112. 112. M. 21 Audiſtis quia dictum eſt antiquis: † Non oc-
† Ex. 20, 13. cides; qui autem occiderit, reus erit judicio. 22 Ego autem dico vobis: quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit judicio. Qui autem dixerit fratri ſuo, Raca; reus erit concilio. Qui autem dixerit, fatue; reus erit gehennæ ignis.
23 Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid adverſum te;
24 relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo: & tunc veniens offeres munus tuum.

L. 58 Cum autem vadis cum adverſario tuo ad Principem,

M. 25 eſto conſentiens adverſario tuo cito

M. dum es in via cum eo, L in via

L. da operam liberari ab illo;

M. ne forte tradat te adverſarius judici, & judex tradat te miniſtro, & in carcerem mittaris. 26 Amen dico tibi, non exiês inde, donec reddas noviſſimum quadrantem.

L. ne forte trahat te ad judicem, & judex tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerem. 59 Dico tibi, non exies inde, donec etiam noviſſimum minutum reddas. — 273

De continentia & ſcandalo.

M. 5.

§. 113. 113. 27 Audiſtis quia dictum eſt antiquis: † Non mœ-
† Ex. 20, 14. chaberis. 28 Ego autem dico vobis: quia omnis qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, jam mœchatus eſt eam in corde ſuo.
29 Quod ſi oculus tuus dexter ſcandalizat te, erue eum, & projice abs te: expedit enim tibi ut pereat

unum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum
mittatur in gehennam. 30 Et ſi dextra manus tua ſcanda-
lizat te, abſcinde eam, & projice abs te: expedit enim tibi
ut pereat unum membrorum tuorum, quam totum cor-
pus tuum eat in gehennam.

De repudio.

M. 5.

114. 31 Dictum eſt autem: † Quicumque dimiſerit uxo- §. 114.
rem ſuam, det ei libellum repudii. 32 Ego autem dico † Deut. 24. 1.
vobis: quia omnis qui dimiſerit uxorem ſuam, excepta
fornicationis cauſa, facit eam mœchari; & qui dimiſſam
duxerit, adulterat.

De juramentis.

M. 5.

115. 33 Iterum audiſtis quia dictum eſt antiquis: † Non §. 115.
perjurabis; reddes autem Domino juramenta tua. 34 Ego †Ex. 20. 7.
autem dico vobis non jurare omnino, neque per cœlum,
quia thronus Dei eſt: 35 neque per terram, quia ſcabel-
lum eſt pedum ejus: neque per Jeroſolymam, quia civi-
tas eſt magni Regis: 36 neque per caput tuum juraveris,
quia non potes unum capillum album facere aut nigrum.
37 Sit autem ſermo veſter, eſt, eſt; non, non: quod au-
tem his abundantius eſt, à malo eſt.

De patientia & charitate.

M. 5. L. 6.

116. M. 38 Audiſtis quia dictum eſt: † Oculum pro ocu- §116.
lo, & dentem pro dente. 39 Ego autem dico vobis, non † Ex. 21. 24.
reſiſtere malo:

M. ſed ſi quis te percuſſerit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram. 40 Et ei qui vult tecum judicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium.

L. 29 Et qui te percutit in maxillam, præbe & alteram. Et ab eo qui aufert tibi veſtimentũ, etiam tunicam noli prohibere.

M. 41 Et quicumque te angariaverit mille paſſus, vade cum illo & alia duo.

M 42 Qui petit à te, da ei;	L. 30 Omni autem petenti te, tribue;

M. & volenti mutuari à te, ne avertaris; — 118

L. & qui aufert quæ tua ſunt, ne repetas.

M. 7. L. 6.

§. 117.

117. M 12 Omnia ergo quæcumque vultis ut faciant vobis homines, & vos facite illis:	L. 31 Et prout vultis ut faciant vobis homines, & vos facite illis ſimiliter: — 119

M. Hæc eſt enim lex & Prophetæ. — 301

De dilectione inimicorum.

M. 5. L. 6.

§. 118. 118. M. 43 Audiſtis quia dictum eſt: † Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum.

† Lev. 19. 18.

M. 44 Ego autem dico vobis,	L 27 Sed vobis dico,

L. qui auditis:

M. Diligite inimicos veſtros; benefacite his qui oderunt vos;	L Diligite inimicos veſtros; benefacite his qui oderunt vos;

L. 28 benefacite maledicentibus vobis;

M. & orate pro	L & orate pro

M. perſequentibus &

M. calumniantibus vos:	L calumniantibus vos. — 118

M. 45 ut ſitis filii Patris veſtri, qui in Cœlis eſt; qui ſo-

lem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper juſtos & injuſtos.

119. M. 46 Si enim diligitis eos qui vos diligunt, | L 32 Et ſi diligitis eos qui vos diligunt, §. 119.

L. quæ vobis eſt gratia?

M. quam mercedem habebitis?

M. Nonne & Publicani hoc faciunt? | L nam & peccatores diligentes ſe diligunt?

L. 33 Et ſi benefeceritis his, qui vobis benefaciunt, quæ vobis eſt gratia, ſiquidem & peccatores hoc faciunt? 34 Et ſi mutuum dederitis his, à quibus ſperatis recipere, quæ gratia eſt vobis? nam & peccatores peccatoribus fœnerantur, ut recipiant æqualia.

M. 47 Et ſi ſalutaveritis fratres veſtros tantum, quid amplius facitis? Nonne & Ethnici hoc faciunt?

L. 35 Verumtamen diligite inimicos veſtros: benefacite, & mutuum date, nihil inde ſperantes: & erit merces veſtra multa, & eritis filii Altiſſimi; quia ipſe benignus eſt ſuper ingratos & malos. 36 Eſtote ergo miſericordes, ſicut & Pater veſter miſericors eſt: — 127

M. 48 Eſtote ergo vos perfecti, ſicut & Pater veſter cæleſtis perfectus eſt.

De eleemoſyna.

M. 6.

120. 1 Attendite ne juſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud Patrem veſtrum qui in Cœlis eſt. 2 Cum ergo facis eleemoſynam, noli tuba canere ante te, ſicut hypocritæ faciunt in Synagogis, & in vicis, ut honorificentur ab hominibus: Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam. 3 Te autem faciente eleemoſynam, neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua; 4 ut ſit eleemoſyna tua in §. 120.

abſcondito: & Pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet
tibi.

De oratione.

M. 6. m. 11. L. 11.

§. 121. 121. M. 5 Et cum oratis, non eritis ſicut hypocritæ, qui
amant in Synagogis & in angulis platearum ſtantes orare,
ut videantur ab hominibus: Amen dico vobis, receperunt
mercedem ſuam. 6 Tu autem cum oraveris, intra in cu-
biculum tuum; & clauſo oſtio, ora Patrem tuum in abſ-
condito: & Pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet
tibi. 7 Orantes autem, nolite multum loqui, ſicut Ethni-
ci: putant enim quod in multiloquio ſuo exaudiantur.
8 Nolite ergo aſſimilari eis: ſcit enim Pater veſter quid
opus ſit vobis, antequam petatis eum.

§. 122. 122. L. Dixit unus ex diſcipulis ejus ad eum: Domine,
doce nos orare, ſicut docuit & Joannes diſcipulos ſuos.
2 Et ait illis;

M. 9 Sic ergo vos orabitis: Pater	L. Cũ oratis, dicite: Pater

M. noſter, qui es in Cœlis:

M. ſanctificetur nomen tu-um. 10 Adveniat Regnum tuum.	L. ſanctificetur nomen tu-um. Adveniat Regnum tuum.

M. Fiat voluntas tua, ſicut in Cœlo, & in terra.

M. 11 Panem noſtrum	L. 3 Panem noſtrum

M. ſuperſubſtantialem

L. quotidianum

M. da nobis hodie. 12 Et di-mitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus de-bitoribus noſtris. 13 Et ne nos inducas in tentationem.	L. da nobis hodie. 4 Et di-mitte nobis peccata noſtra, ſiquidem & ipſi dimittimus omni debenti nobis. Et ne nos inducas in tentationem.

M. Sed libera nos à malo. Amen.

123. m. 25 Et cum ſtabitis ad orandum, dimittite ſi quid habetis adverſus aliquem; ut & Pater veſter, qui in Cœlis eſt, dimittat vobis peccata veſtra: §. 123.

M. 14 Si enim dimiſeritis hominibus peccata eorum; dimittet & vobis Pater veſter cœleſtis delicta veſtra:

M. 15 ſi autem non dimiſeritis hominibus; nec Pater veſter,

m 26 Quod ſi vos non dimiſeritis; nec Pater veſter,

m. qui in Cœlis eſt,

M. dimittet vobis peccata veſtra. — 126

m dimittet vobis peccata veſtra. — 342

124. L. 5 Et ait ad illos: Quis veſtrûm habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi: Amice, commoda mihi tres panes; 6 quoniam amicus meus venit de via ad me, & non habeo quod ponam ante illum: 7 & ille de-intus reſpondens dicat: Noli mihi moleſtus eſſe, jam oſtium clauſum eſt, & pueri mei mecum ſunt in cubili, non poſſum ſurgere, & dare tibi. 8 Et ſi ille perſeveraverit pulſans; dico vobis, & ſi non dabit illi ſurgens eo quod amicus ejus ſit, propter improbitatem tamen ejus ſurget, & dabit illi quotquot habet neceſſarios. §. 124.

M. 7. L. 11.

125. L. 9 Et ego dico vobis: §. 125.

M 7 Petite, & dabitur vobis: quærite, & invenietis: pulſate, & aperietur vobis. 8 Omnis enim qui petit, accipit; & qui quærit, invenit; & pulſanti aperietur. 9 Aut quis eſt ex vobis homo, quē ſi petierit filius ſuus panem, numquid lapidem porriget ei? 10 aut ſi piſcem petierit, numquid ſerpentem porriget ei?

L. Petite, & dabitur vobis: quærite, & invenietis: pulſate, & aperietur vobis. 10 Omnis enim qui petit, accipit; & qui quærit, invenit; & pulſanti aperietur. 11 Quis autem ex vobis patrem petit panem numquid lapidem dabit illi? aut piſcem, numquid.. .... pro piſce ſerpentem dabit illi?

L. [12] aut ſi petierit ovum, numquid porriget illi ſcorpionem?

M. [11] Si ergo vos, cum ſitis mali, noſtis bona data dare filiis veſtris; quanto magis Pater veſter, qui in Cælis eſt,

L. [13] Si ergo vos, cum ſitis mali, noſtis bona data dare filiis veſtris; quanto magis Pater veſter de Cœlo

M. dabit bona,

L. dabit ſpiritum bonum

M. petentibus ſe? — 117 L. petentibus ſe? — 142

De jejunio.

M. 6.

§. 126. 126. [16] Cum autem jejunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes: exterminant enim facies ſuas, ut appareant hominibus jejunantes: Amen dico vobis, quia receperunt mercedem ſuam. [17] Tu autem cum jejunas, unge caput tuum, & faciem tuam lava; [18] ne videaris hominibus jejunans, ſed Patri tuo, qui eſt in abſcondito: & Pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi. — 297

Non temere judicandum.

M. 7. L. 6.

§. 127. 127. M. [1] Nolite judicare, ut non judicemini:

L. [37] Nolite judicare, & non judicabimini:

L. Nolite condemnare, & non condemnabimini: Dimittite, & dimittemini. [38] Date, & dabitur vobis: menſuram bonam, & confertam, & coagitatam, & ſupereffluentem dabunt in ſinum veſtrum.

M. [2] In quo enim judicio judicaveritis, judicabimini:

M. & in qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis.

L. Eadem quippe menſura, qua menſi fueritis, remetietur vobis.

128. L. 39 Dicebat autem illis & ſimilitudinem: Num- §. 128.
quid poteſt cæcus cæcum ducere? nonne ambo in foveam
cadunt? 40 Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum: perfectus
autem omnis erit, ſi ſit ſicut magiſter ejus.

M 3 Quid autem vides feſtucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? 4 Aut quomodo dicis fratri tuo: Sine ejiciam feſtucam de oculo tuo; & ecce trabs eſt in oculo tuo? 5 Hypocrita, ejice primum trabem de oculo tuo; & tunc videbis ejicere feſtucam de oculo fratris tui.

L. 41 Quid autem vides feſtucam in oculo fratris tui, trabem autem, quæ in oculo tuo eſt, non conſideras? 42 Aut quomodo potes dicere fratri tuo: Frater, ſine ejiciam feſtucam de oculo tuo, ipſe in oculo tuo trabem non videns? Hypocrita, ejice primum trabem de oculo tuo; & tunc perſpicies ut educas feſtucam de óculo fratris tui. —130.b

Sacra prudenter diſpenſanda.

M. 7.

129 6 Nolite dare ſanctum canibus, neque mittatis mar- §. 129.
garitas veſtras ante porcos; ne forte conculcent eas pe-
dibus ſuis, & converſi dirumpant vos. — 125

A falſis Prophetis cavendum.

M. 7. L. 6.

130. M. 15 Attendite à falſis Prophetis, qui veniunt ad §. 130.
vos in veſtimentis ovium, intrinſecus autem ſunt lupi
rapaces: 16 à fructibus eorum cognoſcetis eos:

L. a 44 Unaquæque enim arbor de fructu ſuo cognoſcitur.

M Numquid colligunt de ſpinis uvas, aut de tribulis ficus?

L. Neque enim de ſpinis colligunt ficus, neque de rubo vindemiant uvam. — 146

L. b 43 Non eſt enim arbor bona, quæ facit fructus malos; neque arbor mala, faciens fructum bonum. — a

M 17 Sic omnis arbor bona fructus bonos facit; mala
autem arbor malos fructus facit. 18 Non poteſt arbor bo-
na malos fructus facere; neque arbor mala bonos fructus
facere. 19 Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum,
excidetur, & in ignem mittetur. 20 Igitur ex fructibus
eorum cognoſcetis eos. — 303

Doctrinam evangelicam opere complendam.

M. 7. L. 6.

§. 131. 131. M 24 Omnis ergo qui | L. 47 Omnis qui

L. venit ad me, &

M. audit verba mea hæc, & facit ea, | L audit ſermones meos, & facit eos,

L. oſtendam vobis cui ſimilis ſit.

M aſſimilabitur viro ſapienti qui ædificavit domum ſuam, | L. 48 Similis eſt homini ædificanti domum

L. qui fodit in altum, & poſuit fundamentum

M ſupra petram: | L. ſuper petram:

M. 25 & deſcendit pluvia, &

L. inundatione autem facta,

M. venerunt flumina | L illiſum eſt flumen

M. & flaverunt venti, & irruerunt

M. in domum illam, & non cecidit; fundata enim erat ſuper petram. 26 Et omnis qui audit verba mea hæc, & non facit ea, ſimilis erit viro ſtulto, qui ædificavit domum ſuam

L domui illi, & non potuit eam movere; fundata enim erat ſuper petram. 49 Qui autem audit, & non facit, ſimilis eſt . . . homini ædificanti domum ſuam

M. ſuper

M. ſuper arenam,

L. ſuper terram ſine fundamento:

M. 27 & deſcendit pluvia,

M. & venerunt flumina, L in quam illiſus eſt fluvius,

M. & flaverunt venti, & irruerunt in domum illam;

M & cecidit; & fuit ruina illius magna. L. & continuo cecidit; & facta eſt ruina domus illius magna.

M. 7. L. 7.

132. M 28 Et factum eſt, cum conſummaſſet Jeſus verba hæc L 1 Cum autem impleſſet omnia verba ſua §. 132.

L. in aures plebis, — 134

M. admirabantur turbæ ſuper doctrina ejus: 29 erat enim docens eos ſicut poteſtatem habens, & non ſicut Scribæ eorum & Phariſæi.

SECTIO V.

LEPROSUS MUNDATUS.

M. 8. m. 1. L. 5. §. 133.

133. M. 1 Cum autem deſcendiſſet de monte, ſecutæ ſunt eum turbæ multæ.

L. 12 Et factum eſt, cum eſſet in una civitatum,

M 2 Et ecce leproſus veniens, m 40 Et venit ad eũ leproſus — b L & ecce vir plenus lepra;

L. & videns Jeſum, &

m. a genu flexo — c

L. procidens in faciem,

M. adorabat eum

m. b deprecans eum &—a L rogavit eum,

M. dicens: Domine, ſi vis, potes me mũdare.	m c dixit ei: Si vis, potes me mũdare.	L dicens: Domine, ſi vis, potes me mũdare.

m. 41 Jeſus autem miſertus ejus,

M 3 Et extendens Jeſus manũ, tetigit eum, dicens: Volo; mũdare. Et	m. extendit manũ ſuam; & tangens eum, ait illi: Volo; mũdare. 42 Et	L 13 Et extẽdens manum, tetigit eum, dicens: Volo; mundare. Et

m. cum dixiſſet,

M confeſtim mundata eſt lepra ejus.	m ſtatĩ diſceſſit ab eo lepra,	L confeſtim lepra diſceſſit ab illo.

m. & mundatus eſt. — e d Statimque ejecit illum; — f

m. e 43 & cõminatus eſt ei - d L 14 Et ipſe præcepit illi

L. ut nemini diceret,

M 4 Et ait illi Jeſus: Vide nemini dixeris:	m. f 44 & dicit ei: Vide nemini dixeris:

† Lev. 14. 2

M ſed vade, oſtẽde te Sacerdoti; & offer	m. ſed vade, † oſtẽde te Principi Sacerdotum; & offer	L ſed vade, oſtẽde te Sacerdoti; & offer

m. pro emundatione tua L pro emundatione tua

M. munus, quod pręcepit Moyſes, in teſtimonium illis.	m quæ pręcepit Moyſes in teſtimonium illis.	L ſicut pręcepit Moyſes in teſtimonium illis.

m. 45 At ille egreſſus, cœpit prædicare & diffamare ſermonem.

L. 15 Perambulabat autem magis ſermo de illo; — b

m. ita ut jam non poſſet manifeſte introire in civitatem,

m. ſed foris in deſertis locis eſſet,

L a 16 Ipſe autem ſecedebat in deſertum,

L. & orabat. — 80

m. Et conveniebant ad eum undique — 80

L b Et conveniebant turbæ multæ,

L. ut audirent, & curarentur ab infirmitatibus ſuis.—a

SERVUS CENTURIONIS SANATUS.

M. 8. L. 7.

134. M. 5 Cum autem introiſſet Capharnaum,

L. intravit Capharnaum, § 134.

L. 2 Centurionis autem cujuſdam ſervus male habens erat moriturus, qui illi erat pretioſus: 3 Et cum audiſſet de Jeſu,

M acceſſit ad eum Centurio, rogans eum, 6 &

L. miſit ad eum ſeniores Judæorum, rogans eum

L. ut veniret, & ſalvaret ſervum ejus,

M. dicens: Domine, puer meus jacet in domo paralyticus, & male torquetur.

L. 4 At illi cum veniſſent ad Jeſum, rogabant eum ſollicite, dicentes ei: Quia dignus eſt ut hoc illi præſtes; 5 diligit enim gentem noſtram, & Synagogam ipſe ædificavit nobis.

M. 7 Et ait illi Jeſus: Ego veniam, & curabo eum; 8 &

L 6 Jeſus autem ibat cum illis. Et cum jam non longe eſſet à domo,

M reſpondens Centurio, ait: Domine,

L. miſit ad eum Centurio amicos, dicens: Domine,

L. noli vexari :

M non ſum dignus ut intres ſub tectum meum :

L. non enim ſum dignus ut ſub tectum meum intres :

L. 7 propter quod & meipſum non ſum dignum arbitratus, ut venirem ad te :

M. ſed tantum dic verbo, & ſanabitur puer meus. 9 Nam & ego homo ſũ ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub me milites ; & dico huic, Vade, & vadit ; & alii, Veni, & venit ; & ſervo meo, Fac hoc, & facit. 10 Audiens autem Jeſus miratus eſt ; & ſequentibus ſe dixit : Amen dico vobis, non inveni tantam fidem in Iſrael.

L ſed dic verbo, & ſanabitur puer meus. 8 Nã & ego homo ſũ ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub me milites ; & dico huic, Vade, & vadit ; & alii, Veni, & venit ; & ſervo meo, Fac hoc, & facit. 9 Quo audito Jeſus miratus eſt ; & converſus ſequentibus ſe turbis dixit : Amen dico vobis, nec in Iſrael tantam fidem inveni.

M. 11 Dico autem vobis, quod multi ab Oriente & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, & Iſaac, & Jacob in Regno Cœlorum ; 12 filii autem Regni ejicientur in tenebras exteriores : ibi erit fletus, & ſtridor dentium. 13 Et dixit Jeſus Centurioni : Vade, & ſicut credidiſti, fiat tibi. Et ſanatus eſt puer in illa hora. — 70

L. 10 Et reverſi, qui miſſi fuerant, domum, invenerunt ſervum, qui languerat, ſanum.

Filius viduæ suscitatus.

L. 7.

§ 135. 135. 11 Et factum eſt : deinceps ibat in civitatem quæ
vocatur Naim : & ibant cum eo diſcipuli ejus, & turba
copioſa. 12 Cum autem appropinquaret portæ civitatis,
ecce defunctus efferebatur filius unicus matris ſuæ : &
hæc vidua erat ; & turba civitatis multa cum illa.
13 Quam cum vidiſſet Dominus, miſericordia motus
ſuper eam, dixit illi : Noli flere. 14 Et acceſſit, & tetigit loculum ; (hi autem qui portabant, ſteterunt)

& ait: Adoleſcens, tibi dico, ſurge. 15 Et reſedit qui
erat mortuus, & cœpit loqui. Et dedit illum matri ſuæ.
16 Accepit autem omnes timor; & magnificabant Deum,
dicentes: Quia Propheta magnus ſurrexit in nobis;
& quia Deus viſitavit plebem ſuam. 17 Et exiit hic ſer-
mo in univerſam Judæam de eo, & in omnem circa
regionem.

Legatio Joannis ad Christum.

M. 11. L. 7.

136. L. 18 Et nuntiaverunt Joanni diſcipuli ejus de om-
nibus his. §. 136.

M. 2 Joannes autem cum audiſſet in vinculis opera
Chriſti,

M mittens duos de diſcipulis ſuis, 3 ait .... illi: Tu es qui venturus es, an alium expectamus?

L 19 Et convocavit duos de diſcipulis ſuis Joannes, & miſit ad Jeſum, dicens Tu es qui venturus es, an alium expectamus?

L. 20 Cum autem veniſſent ad eum viri, dixerunt: Joan-
nes Baptiſta miſit nos ad te, dicens: Tu es qui ventu-
rus es, an alium expectamus? 21 (In ipſa autem hora
multos curavit à languoribus, & plagis, & ſpiritibus
malis, & cæcis multis donavit viſum.)

M 4 Et reſpōdens Jeſus, ait illis: Euntes renūtiate Joanni quæ audiſtis, & vidiſtis: 5 cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt, pauperes evangelizantur. 6 Et beatus eſt qui non fuerit ſcandalizatus in me.

L. 22 Et reſpondens dixit illis: Eūtes renūtiate Joanni quæ audiſtis, & vidiſtis: quia †cęci vidēt, claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt, †pauperes evangelizantur. 23 Et beatus eſt quicumq; non fuerit ſcandalizatus in me.

† Iſ. 35. 5.
† Iſ. 61. 1.

Joannes a Christo laudatus.

M. 11. L. 7.

§. 137. 137. M. 7 Illis autem abeuntib⁹, cœpit Jeſus dicere ad turbas de Joãne: Quid † Art. 35. exiſtis in deſertum videre? arundinem vento agitatam? 8 Sed quid exiſtis videre? hominem mollibus veſtitum? Ecce qui mollibus veſtiuntur, in domibus Regum ſunt. 9 Sed quid exiſtis videre? Prophetam? etiam dico vobis, & pluſquã Prophetam. 10 Hic eſt enim de quo ſcriptum eſt: † Mal. 3. 1. † Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparavit viam tuam ante te. 11 Amẽ dico vobis, non ſurrexit inter natos mulierum major Joanne Baptiſta: (qui autem minor eſt in Regno Cœlorum, major eſt illo.) — 138. b

L. 24 Et cum diſceſſiſſent nũtii Joannis, cœpit de Joanne dicere ad turbas: quid exiſtis in † deſertum videre? arundinem vento agitatam? 25 Sed quid exiſtis videre? hominem mollibus veſtimẽtis indutum? Ecce qui in veſte pretioſa ſunt & deliciis, in domib⁹ Regum ſunt. 26 Sed quid exiſtis videre? Prophetam? utique dico vobis, & pluſquã Prophetã. 27 Hic eſt de quo ſcriptum eſt: Ecce mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. 28 Dico enim vobis, major inter natos mulierum Propheta Joanne Baptiſta nemo eſt: qui autem minor eſt in Regno Dei, major eſt illo. — 139

M. 11. L. 16.

§. 138. 138. M a 13 Omnes enim Prophetæ & lex uſq; ad Joãnem prophetaverũt: -c b 12 à diebus autem Joãnis Baptiſtæ uſque nunc, Regnum Cœlorum

L 16 Lex & Prophetæ uſque ad Joannem: ex eo Regnum Dei

L. evangelizatur,

M. vim patitur,

L & omnis in illud vim facit, — 111

M. & violenti rapiunt illud. — a c 14 Et ſi vultis reci-

pere, ipſe eſt † Elias, qui venturus eſt. 15 Qui habet au- † Mal. 4. 5.
res audiendi, audiat.

In Phariſæos ac Legiſperitos exprobratio.

M. 11. L. 7.

139. L. 29 Et omnis populus audiens & Publicani, juſti- §. 139.
ficaverunt Deum, † baptizati baptiſmo Joannis: 30 Pha- † Act. 36.
riſæi autem & Legiſperiti conſilium Dei ſpreverunt in ſe-
metipſos, non baptizati ab eo. 31 Ait autem Dominus:

M. 16 Cui autem ſimilem æſtimabo generationem iſtam?	L. Cui ergo ſimiles dicã homines generationis hujus?

L. & cui ſimiles ſunt?

M. Similis eſt pueris ſedentibus in foro, ... qui clamantes coæqualibus, 17 dicunt: Cecinimus vobis, & non ſaltaſtis; lamentavimus, & non planxiſtis. 18 Venit enim Joannes neque manducans, neque bibens; & dicunt: Dæmoniũ habet. 19 Venit Filius hominis manducans & bibens; & dicunt: Ecce homo vorax, & potator vini; † Publicanorum & peccatorũ amicus. Et juſtificata eſt ſapientia a filiis ſuis.	L. 32 Similes ſunt pueris ſedentibus in foro, & loquentibus ad invicem, & dicentibꝰ: Cantavimus vobis tibiis, & non ſaltaſtis: lamentavimus, & non ploraſtis. 33 Venit enim Joannes Baptiſta neque manducans † panem, neque bibens † vinum; & dicitis: Dæmonium habet. 34 Venit Filius hominis manducans & bibens; & dicitis: Ecce homo devorator, & bibens vinum; amicus Publicanorum & peccatorum. 35 Et juſtificata eſt ſapientia ab omnibus filiis ſuis. — 141.

† Act 34. † Act. 6. † Act. 84.

In civitates impoenitentes exprobratio.

M. 11. L. 10

140. M. 20 Tunc cœpit exprobrare civitatibus, in qui- §. 140.
bus factæ ſunt plurimæ virtutes ejus, quia non egiſſent
pœnitentiam.

M. [21] Væ tibi Corozain, væ tibi Bethſaida: quia ſi in Tyro & Sidone factæ eſſent virtutes, quæ factæ ſunt in vobis, olim in cilicio & cinere

L. [13] Væ tibi Corozain, væ tibi Bethſaida: quia ſi in Tyro & Sidone factæ fuiſſent virtutes, quæ factæ ſunt in vobis, olim in cilicio & cinere

L. ſedentes

M. pœnitentiam egiſſent. [22] Verumtamen

L. pœniterent. [14] Verumtamen

M. dico vobis;

M. Tyro & Sidoni remiſſius erit in die judicii, quā vobis. [23] Et tu Capharnaum, numquid uſque in Cœlum exaltaberis? uſque in infernum deſcendes:

L. Tyro & Sidoni remiſſius erit in judicio, quam vobis. [15] Et tu Capharnaū, uſque ad Cœlum exaltata, uſque ad infernum demergêris: — 260

M. quia ſi in Sodomis factæ fuiſſent virtutes, quæ factæ ſunt in te, forte manſiſſent uſque in hanc diem. [24] Verumtamen dico vobis, quia terræ Sodomorum remiſſius erit in die judicii, quam tibi. — 263

Peccatricis conversio.

L. 7.

§. 141. 141. [36] Rogabat autem illum quidam de Phariſæis ut manducaret cum illo; & ingreſſus domum Phariſæi, diſcubuit. [37] Et ecce mulier, quæ erat in civitate peccatrix, ut cognovit quod accubuiſſet in domo Phariſæi, attulit alabaſtrum unguenti; [38] & ſtans retro ſecus pedes ejus, lacrymis cœpit rigare pedes ejus, & capillis capitis ſui tergebat, & oſculabatur pedes ejus, & unguento ungebat. [39] Videns autem Phariſæus, qui vocaverat eum, ait intra ſe dicens: Hic ſi eſſet Propheta, ſciret utique quæ & qualis eſt mulier quæ tangit eum, quia peccatrix eſt. [40] Et reſpondens Jeſus dixit ad illum: Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait: Magiſter, dic. [41] Duo debitores erant cuidam fœneratori: unus debebat denario

quingentos, & alius quinquaginta. 42 Non habentibus il-
lis unde redderent, donavit utriſque. Quis ergo eum plus
diligit? 43 Reſpondens Simon dixit: Æſtimo quia is, cui
plus donavit. At ille dixit ei: Recte judicaſti. 44 Et con-
verſus ad mulierem, dixit Simoni: Vides hanc mulie-
rem? intravi in domum tuam, aquam pedibus meis non
dediſti; hæc autem lacrymis rigavit pedes meos, & ca-
pillis ſuis terſit: 45 oſculum mihi non dediſti; hæc au-
tem ex quo intravit, non ceſſavit oſculari pedes meos:
46 oleo caput meum non unxiſti; hæc autem unguento un-
xit pedes meos. 47 Propter quod dico tibi: Remittuntur
ei peccata multa, quoniam dilexit multum; cui autem
minus dimittitur, minus diligit. 48 Dixit autem ad illam:
Remittuntur tibi peccata. 49 Et cœperunt qui ſimul ac-
cumbebant, dicere intra ſe: Quis eſt hic, qui etiam pec-
cata dimittit? 50 Dixit autem ad mulierem: Fides tua te
ſalvam fecit, vade in pace. — 174

DÆMONIACUS CÆCUS ET MUTUS CURATUS.

M. 12. m. 3. L. 11.

§. 142.

142. m. 20 Et veniunt ad domum *: & convenit ite-
rum turba, ita ut non poſſent neque panem manducare.
21 Et cum audiſſent ſui, exierunt tenere eum: dicebant
enim; quoniam in furorem verſus eſt.

*Jeſus & diſcipuli ejus

M. 22 Tunc oblatus eſt ei dæmonium habens, cæcus, &
mutus; &

L 14 Et erat ejiciens dæmonium, & illud erat mutum,

M. curavit eum; ita ut,

L & cum ejeciſſet dæmoninm,

M. loqueretur L locutus eſt mutus

M. & videret.

M. 23 Et ſtupebant oẽs turbæ, L & admiratæ ſunt turbæ.

M. & dicebant: Numquid hic eſt filius David?

L. 15 Quidam autem ex eis,

M. 24 Phariſæi autem

m. 22 & Scribæ qui ab Jeroſolymis deſcenderant,

M. audientes,

M. dixerunt: m. dicebant: L. dixerunt:

m. Quoniam Beelzebub habet, &

M. Hic non ejicit dæmones niſi in Beelzebub principe dæmoniorum.	m. quia in principe dæmoniorum ejicit dæmonia.	L. In Beelzebub principe dæmoniorum ejicit dæmonia. — 147

RESPONDET CHRISTUS AD PHARISÆORUM ET SCRIBARUM BLASPHEMIAS.

M. 12. m. 3. L. 11.

§. 143.

143. M. 25 Jeſus autem ſciens cogitationes eorum,	L. 17 Ipſe autē ut vidit cogitationes eorum,

m. 23 Et convocatis eis, in parabolis

M. dixit eis: m. dicebat illis: L. dixit eis:

m. Quomodo poteſt ſatanas ſatanam ejicere?

M. Omne Regnum diviſum contra ſe, deſolabitur: &	m. 24 Et ſi Regnum in ſe dividatur, non poteſt Regnum illud ſtare. 25 Et	L. Omne Regnum in ſeipſum diviſum deſolabitur; &

M. omnis civitas vel

M. domus diviſa cōtra ſe, non ſtabit.	m. ſi domus ſuper ſemetipſam diſpertiatur, non poteſt domus illa ſtare.	L. domus ſupra domum, cadet.

m. 26 Et ſi ſatanas conſurrexerit in ſemetipſum,

M 26 Et ſi ſatanas ſatanam ejicit,

M. adverſus ſe diviſus eſt. m.. diſpertitus eſt, &

L. 18 Si autem & ſatanas in ſeipſum diviſus eſt,

M quomodo ergo ſtabit regnum ejus?

L. quomodo ſtabit regnum ejus?

m. non poterit ſtare, ſed finem habet;

L. quia dicitis in Beelzebub me ejicere dæmonia.

M 27 Et ſi ego in Beelzebub ejicio dæmones, filii veſtri in quo ejiciunt? Ideo ipſi judices veſtri erunt. 28 Si autem ego in Spiritu Dei ejicio dæmones, igitur pervenit in vos Regnum Dei.

L. 19 Si autem ego in Beelzebub ejicio dæmonia, † filii veſtri in quo ejiciunt? Ideo ipſi judices veſtri erũt. 20 Porro ſi in digito Dei ejicio dæmonia, profectò pervenit in vos Regnum Dei. † Act. 19 14.

144. M. 29 Aut quomodo poteſt quiſquam intrare in domum fortis, & vaſa ejus diripere, niſi prius alligaverit fortem? & tunc domum illius diripiet.

m 27 Nemo poteſt vaſa fortis ingreſſus in domum diripere, niſi prius fortem alliget, & tunc domum ejus diripiet. §. 144.

L. 21 Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt ea quæ poſſidet. 22 Si autem fortior eo ſuperveniens vicerit eum, univerſa arma ejus auferet, in quibus confidebat, & ſpolia ejus diſtribuet.

M. 30 Qui non eſt mecum, contra me eſt; & qui non congregat mecum, ſpargit.

L 23 Qui non eſt mecũ, contra me eſt; & qui non colligit mecum, diſpergit. —151

M. 12. m. 3. L. 12.

145. M. 31 Ideo dico vobis: Omne peccatum & blaſphemia remittetur hominibus:

m 28 Amen dico vobis, quoniã omnia dimittentur filiis hominum peccata, & blaſphemiæ quibus blaſphemaverint: §. 145

M. Spiritus autem blaſphemia non remittetur.

M. 32 Et quicumque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei :

L. 10 Et omnis qui dicit verbum in Filium hominis, remittetur illi :

M. qui autem dixerit contra Spiritum ſanctũ, nõ remittetur ei,

m. 29 Qui autem blaſphemaverit in Spiritũ ſanctũ, non habebit remiſſionẽ

L. ei autem qui in Spiritum ſanctum blaſphemaverit, nõ remittetur. 180

M. neque in hoc ſeculo, neq; in futuro; m. in æternum;

m. ſed reus erit æterni delicti. 30 (Quoniam dicebant; Spiritum immundum habet.) — 153

M. 12. L. 6.

§. 146. 146. M. 33 Aut facite arborem bonam, & fructum ejus bonum; aut facite arborem malam, & fructum ejus malum; ſiquidem ex fructu arbor agnoſcitur. 34 Progenies viperarum, quomodo poteſtis bona loqui, cum ſitis mali? — b

M. a 35 Bonus homo de bono theſauro profert.......... bona; & malus homo de malo theſauro profert mala: -- c b ex abundantia enim cordis os loquitur. — a

L. 45 Bonus homo de bono theſauro cordis ſui profert bonum; & malus homo de malo theſauro profert malum: ex abundantia enim cordis os loquitur. — 303

M. c 36 Dico autem vobis, quoniam omne verbum otioſum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die judicii. 37 Ex verbis enim tuis juſtificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis.

Scribæ et Phariſæi signum a Christo postulant.

M. 12. L. 11.

§. 147. 147. M. 38 Tunc reſponderunt ei quidam L. 16 Et alii

M. de Scribis & Phariſæis

L. tentantes, ſignum de Cœlo quærebant ab eo, — 143

M. dicentes: Magiſter, volumus à te ſignum videre.

148. L. 29 Turbis autem concurrentibus, §. 148.

M 39 Qui reſpondens ait illis: Generatio mala,

L cœpit dicere: Generatio hæc, generatio nequam eſt,

M. & adultera:

M. ſignum quærit, & ſignũ non dabitur ei, niſi ſignum Jonæ Prophetæ.

L ſignum quærit & ſignũ non dabitur ei, niſi ſignum Jonæ Prophetæ.

M. 40 Sicut enim † fuit Jonas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus; ſic erit Filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus: * † Jon. 2. 1. * &

L 30 Nam ſicut fuit Jonas ſignum Ninivitis; ita erit & Filius hominis generationi iſti. — 150

149. M. 41 Viri Ninivitę ſurgẽt in judicio cum generatione iſta, & condẽnabunt eam; quia † pœnitentiam egerunt in prædicatione Jonæ: & ecce plusquam Jonas hîc. §. 149. † Jon. 3. 5.

L 32 Viri Ninivitę ſurgẽt in judicio cum generatione hac, & condẽnabunt illam; quia pœnitentiam egerunt ad prędicationẽ Jonę: & ecce pulſquã Jonas hîc. - 190

150 42 Regina Auſtri ſurget in judicio cum generatione iſta, & condemnabit eam; quia † venit à finibus terræ audire ſapientiam Salomonis: & ecce pluſquam Salomon hîc. §. 150. † 3 Reg. 10. 1.

31 Regina Auſtri ſurget in judicio cum viris generationis hujus, & condemnabit illos; quia venit à finibus terræ audire ſapientiam Salomonis: & ecce pluſquã Salomon hîc. — 149

151. 43 Cum autem immundus ſpiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quærens requiem; & non invenit. 44 Tunc dicit: .... Revertar in domum meam unde exivi. Et veniens, invenit eam §. 151.

24 Cum immundus ſpiritus exierit de homine, ambulat per loca inaquoſa, quærens requiem; & non inveniens, dicit: Revertar in domum meam unde exivi. 25 Et cum venerit, invenit eam

M. vacantem,

M. ſcopis mundatam, & ornatam. 45 Tunc vadit, & aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſecum nequiores ſe; & intrantes habitant ibi: & fiunt noviſſima hominis illius pejora prioribus.	L ſcopis mundatam, & ornatam. 26 Tunc vadit, & aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſecum nequiores ſe; & ingreſſi habitant ibi: & fiunt noviſſima hominis illius pejora prioribus.

M. Sic erit & generationi huic peſſimæ.

Quanti faciat Christus evangelicæ doctrinæ observatores.

L. 11.

§ 152 152. 27 Factum eſt autem, cum hæc diceret, extollens vocem quædam mulier de turba, dixit illi: Beatus venter qui te portavit, & ubera quæ ſuxiſti. 28 At ille dixit: Quinimo beati qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud. — 148

M. 12. m. 3. L. 8.

§ 153. 153. M. 46 Adhuc eo loquente ad turbas, ecce

† Art. 142. m 31 Et veniunt L. 19 † venerunt autem ad illum

M mater ejus, & fratres	m mater ejus, & fratres:	L. mater & fratres ejus,

L. & non poterant adire eum præ turba:

M ſtabant foris, m. & foris ſtantes,

M. quærentes loqui ei,

m. miſerunt ad eum vocantes eum: 32 (& ſedebat circa eum turba.)

M. 47 Dixit autẽ ei quidam: Ecce mater tua, & fratres tui foris ſtãt, quærẽtes te. 48 At ipſe reſpõdens dicenti ſibi, ait:	m Et dicunt ei: Ecce mater tua, & fratres tui foris quærunt te. 33 Et reſpõdens eis, ait:	L 20 Et nũtiatũ eſt illi: Mater tua, & fratres tui ſtãt foris volentes te videre. 21 Qui reſpondẽs, dixit ad eos:

M. Quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei? m Quæ eſt mater mea & fratres mei?

m. 34 Et circumſpiciens,

M. 49 & extendens manum in

m. eos, qui in circuitu ejus ſedebant,

M. diſcipulos ſuos,

M. dixit: Ecce mater mea & fratres mei. 50 Quicumque enim fecerit voluntatem m ait: Ecce mater mea & fratres mei. 35 Qui enim fecerit voluntatem

m. Dei

M. Patris mei, qui in Cœlis eſt,

M. ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt. m hic frater meus, & ſoror mea, & mater eſt.

L. Mater mea & fratres mei hi ſunt, qui verbum Dei audiunt & faciunt. — 75

EVANGELII PRÆDICATIO PER SEMINANTIS PARABOLAM REPRÆSENTATA.

M. 13. m. 4. L. 8.

154. M. 1 In illo die exiens Jeſus de domo, ſedebat ſecus mare, §. 154.

m. 1 & iterum cœpit docere ad mare.

L. 4 Cum autem turba plurima convenirent, & de civitatibus properarent ad eum,

M. 2 & cõgregatæ ſunt ad eũ turbæ multæ, ita ut in naviculam aſcendens ſederet & omnis turba ſtabat in littore. 3 Et locutus eſt eis multa in parabolis,

m & congregata eſt ad eũ turba multa, ita ut navim aſcendens ſederet in mari, & omnis turba circa mare ſuper terrã erat 2 Et docebat eos in parabolis multa,

M. dicens m & dicebat L dixit

m. illis in doctrina ſua

L. per ſimilitudinem:

m. 3 Audite.

M. Ecce exiit qui ſeminat, ſeminare: 4 & dum ſeminat, quædã ceciderũt ſecus viam;

m Ecce exiit ſeminans ad ſeminandum: 4 & dum ſeminat, aliud cecidit circa viam;

L 5 Exiit qui ſeminat, ſeminare ſemen ſuum: & dum ſeminat, aliud cecidit ſecus viam,

L. & conculcatum eſt;

M & venerunt volucres cœli, & comederunt ea. 5 Alia autem ceciderunt in petroſa,

m. & venerunt volucres cœli, & comederunt illud. 5 Aliud vero cecidit ſuper petroſa,

L & volucres cœli comederunt illud. 6 Et aliud cecidit ſupra petram;

M ubi non habebant terram multam; & continuo exorta ſunt, quia non habebant altitudinem terræ: 6 ſole autem orto æſtuaverunt,

m. ubi non habuit terram multam; & ſtatim exortum eſt, quoniam non habebat altitudinem terræ: 6 & quando exortꝰ eſt ſol, exæſtuavit,

M & quia non habebãt radicem, aruerunt. 7 Alia autem ceciderunt in ſpinas: & creverũt ſpinę, & ſuffocaverunt ea.

m & eo quod... nõ habebat radicem, *exaruit. 7 Et aliud cecidit ĩ ſpinas: & aſcẽderũt ſpinę, & ſuffocaverũt illud,

* neque

L. & natũ aruit; quia non habebat........ ... humorem. 7 Et aliud cecidit inter ſpinas; & ſimul exortæ ſpinæ ſuffocaverunt illud.

m. & fructum non dedit.

M Alia autem ceciderunt in terram bonam; & dabat fructum

m 8 Et aliud cecidit in terram bonam; & dabat fructum

L. 8 Et aliud cecidit in terram bonam; & ortum fecit fructum

m. aſcendentem & creſcentem; & afferebat — c

M. aliud

M. aliud centeſimũ,	m. a unum centũ,-d	L centuplum.
M. aliud ſexageſimum, aliud trigeſimum.	m b unum ſexaginta, & — a c unum triginta. — b	
m d 9 Et dicebat:	L. Hæc dicens clamabat:	
M. 6 Qui habet aures audiendi, audiat. — 161	m Qui habet aures audiendi, audiat. — 161	L Qui habet aures audiendi, audiat. - 161

ECCLESIÆ STATUS ZIZANIORUM IN MEDIO TRITICI SEMINATORUM PARABOLA REPRÆSENTATUS.

M. 13.

155. 24 Aliam parabolam propoſuit illis, dicens: Si- §. 155.
mile factum eſt Regnum Cœlorum homini, qui ſemi-
navit bonum ſemen in agro ſuo: 25 Cum autem dor-
mirent homines, venit inimicus ejus, & ſuperſemina-
vit zizania in medio tritici, & abiit. 26 Cum autem
creviſſet herba, & fructum feciſſet, tunc apparuerunt
& zizania. 27 Accedentes autem ſervi patrisfamilias,
dixerunt ei: Domine, nonne bonum ſemen ſeminaſti
in agro tuo? unde ergo habet zizania? 28 Et ait il-
lis: Inimicus homo hoc fecit. Servi autem dixerunt
ei: Vis, imus, & colligimus ea? 29 Et ait: Non,
ne fortè colligentes zizania, eradicetis ſimul cum eis
& triticum. 30 Sinite utraque creſcere uſque ad meſ-
ſem; & in tempore meſſis dicam meſſoribus: Colligi-
te primum zizania, & alligate ea in faſciculos ad com-
burendum; triticum autem congregate in horreum meum.

VERBUM DEI SEMINI ULTRO GERMINANTI, GRANO SINAPIS, ET FERMENTO COMPARATUM.

M. 13. m. 4. L. 13.

156. m. 26 Et dicebat: Sic eſt Regnum Dei, quem- §. 156.
admodum ſi homo jaciat ſementem in terram; 27 & dor-
miat & exurgat, nocte & die; & ſemen germinet,
& increſcat dum neſcit ille: 28 ultro enim terra fru-

L. 13. ꝏificat, primum herbam, deinde ſpicam, deinde plenum frumentum in ſpica: 29 & cum produxerit fructus, ſtatim mittit falcem, quoniam adeſt meſſis.

§. 157. 157. M. 31 Aliam parabolam propoſuit eis,

M. dicens: m 30 Et dicebat: L 18 Dicebat ergo:

m. Cui aſſimilabimus Regnũ Dei, aut cui parabolæ comparabimus illud? L Cui ſimile eſt Regnum Dei, & cui ſimile æſtimabo illud?

M Simile eſt Regnum Cœlorũ grano ſinapis, m 31 Sicut granum ſinapis, L. 19 Simile eſt grano ſinapis,

M. quod accipiens homo ſeminavit in agro ſuo; L quod acceptum homo miſit in hortum ſuum;

m. quod cum ſeminatum fuerit in terra,

M 32 quod minimum quidem eſt omnibus ſeminibus, m minus eſt omnibus ſeminibus,

m. quæ ſunt in terra: 32 & cum ſeminatum fuerit, aſcendit,

L. & crevit:

M. cum autem creverit,

M. majus eſt omnibus oleribus; m & fit majus omnibus oleribus, &

m. facit ramos magnos,

M. & fit arbor; L & factum eſt in arborem magnam;

M. ita ut volucres cęli veniant, & habitent in ramis ejus. m ita ut poſſint ſub umbra ejus aves cœli habitare. L & volucres cœli requieverũt in ramis ejus.

§. 158. 158. M. 33 Aliam parabolam locutus eſt eis,

L. 20 & iterum dixit: Cui ſimile æſtimabo Regnum Dei?

M. Simile eſt Regnum Cœlorum fermento, quod acceptum mulier abſcondit in farinæ ſatis tribus, donec fermentatum eſt totum.

L [21] Simile eſt fermento, quod acceptum mulier abſcondit in farinæ ſata tria, donec fermentaretur totum. — 276

159. M. 34 Hæc omnia locutus eſt Jeſus in parabolis ad turbas; §. 159.

m. 33 & talibus multis parabolis loquebatur eis verbum, prout poterant audire:

M & ſine parabolis non loquebatur eis:

m. 34 ſine parabola autem non loquebatur eis:

M. 35 Ut impleretur quod dictum erat per Prophetam dicentem: † Aperiam in parabolis os meum, eructabo abſcondita à conſtitutione mundi. † Pſ. 77. 2.

m. Seorſum autem diſcipulis ſuis diſſerebat omnia —75

CUR IN PARABOLIS AD TURBAS CHRISTUS LOQUERETUR.

M. 13. m. 4. L. 8.

160. M. 36 Tunc dimiſſis turbis, venit in domum: — 165 §. 160.

161. m. 10 Et cum eſſet ſingularis, §. 161.

M. 10 Et accedentes diſcipuli,

m. interrogaverunt eum hi, qui cum eo erant duodecim

L 9 Interrogabant autem eum diſcipuli ejus,

m parabolam. L. quæ eſſet 'hæc' † parabola; 'ſeminantis † Att. 154.

M. * dixerunt ei: Quare in parabolis loqueris eis? * &

M. 11 Qui reſpondẽs, ait illis: Quia vobis datum eſt noſſe myſteria Regni Cœlorum; illis autem

m 11 Et dicebat eis: Vobis datum eſt noſſe myſterium Regni Dei; illis autem

L 10 Quibus ipſe dixit: Vobis datum eſt noſſe myſteriũ Regni Dei, ceteris autem

m. qui foris ſunt,

M. non eſt datum. 12 Qui enim habet, dabitur ei, & abundabit; qui autem non habet, & quod habet auferetur ab eo.

M. 13 Ideo in parabolis loquor eis; quia videntes non vident, & audientes non audiunt, neque intelligunt,

m. in parabolis oĩa fiunt; 12 ut videntes videant, & non videant; & audientes audiant, & non intelligant,

L. in parabolis; ut vidẽtes non videant, & audientes non intelligant.

m. nequando convertantur, & dimittantur eis peccata.

† Iſ. 6. 9. M. 14 Et adimpletur in eis prophetia Iſaiæ dicentis: † Auditu audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & non videbitis. 15 Incraſſatum eſt enim cor populi hujus, & auribus graviter audierunt, & oculos ſuos clauſerunt; nequando videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & convertantur, & ſanem eos. 16 Veſtri autem beati oculi quia vident, & aures veſtræ quia audiunt. 17 Amen quippe dico vobis, quia multi Prophetæ & juſti cupierunt videre quæ videtis, & non viderunt; & audire quæ auditis, & non audierunt.

Parabolæ seminantis explicatio.

M. 13. m. 4. L. 8.

§. 162. 162. m. 13 Et ait illis: Neſcitis parabolam hanc? & quomodo omnes parabolas cognoſcetis?

M. 18 Vos ergo audite parabolam ſeminantis: — b

L. 11 Eſt autem hæc parabola. Semen, eſt verbum Dei.

m. 14 Qui ſeminat, verbum ſeminat.

M. a Hic eſt qui ſecus viam

m. 15 Hi autem ſunt qui circa viam,

L. 12 Qui autem ſecus viam,

M. ſeminatus eſt, — c

m. ubi ſeminatur verbum,

M [b] 19 omnis qui audit L. hi ſunt qui audiunt

M. verbum Regni, & non 'intellig it'; 'intelligunt

m. & cum audierint,

M venit malus, & rapit quod ſeminatum eſt in corde ejus. — a

m. confeſtim venit ſatanas, & aufert verbũ quod ſeminatũ eſt in cordibus eorũ,

L deinde venit diabolus, & tollit verbum de corde eorum,

L. ne credentes ſalvi fiant.

M [c] 20 Qui autem ſuper petroſa ſeminatus eſt, hic eſt qui verbum audit, & continuò cum gaudio accipit illud; 21 non habet autem in ſe radicem,

m. 16 Et hi ſunt ſimiliter qui ſuper petroſa ſeminãtur, qui cum audierint verbum, ſtatim cum gaudio accipiunt illud; 17 & non habent radicem in ſe,

L. 13 Nam qui ſupra petram, qui cum audierint, cum gaudio ſuſcipiunt verbum; & hi radices non habent:

M ſed eſt temporalis: m. ſed temporales ſunt:

L qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis

M facta autem tribulatione & perſecutione propter verbum, continuo ſcandalizatur.

m deinde orta tribulatione & perſecutione propter verbum, confeſtim ſcandalizantur, 18 &

L. recedunt.

M. 22 Qui autem ſeminatus eſt in ſpinis, hic eſt qui verbum audit; .... & ſollicitudo ſeculi iſtius, & fallacia divitiarum,

m alii ſunt qui in ſpinis ſeminantur, hi ſunt qui verbũ audiũt; 19 & ærumnæ ſeculi, & deceptio divitiarum,

L 14 Quod autem in ſpinas cecidit, hi ſunt qui audierunt; & à ſollicitudinibus, & divitiis,

L. & 'voluptat ibus' vitæ, 'voluptates

m. & circa reliqua concupiſcentiæ introeuntes

M. ſuffocat verbũ, & ſine fructu efficitur. 23 Qui vero in terram bonam ſeminatus eſt, hic eſt qui

m. ſuffocant verbum, & ſine fructu efficitur. 20 Et hi ſunt qui ſuper terram bonam ſeminati ſunt, qui

L. euntes ſuffocãtur, & non referunt fructum. 15 Quod autem in bonã terram, hi ſunt qui

L. in corde bono & optimo,

M. audit verbum &

m. audiũt verbum &

L. audientes verbum,

m. ſuſcipiunt,

L. retinent,

'intelligunt M. 'intellig it',

M. & fructum affert, & facit

m. & fructificant,

L. & fructum afferunt

L. in patientia,

M. aliud quidem centeſimum, aliud autem ſexageſimum, aliud vero trigeſimum. —155

m. unum triginta, unum ſexaginta, & unum centum.

§. 163. 163. m. 21 Et dicebat illis:

m. Numquid venit lucerna ut ſub modio ponatur, aut ſub lecto? nonne ut ſuper candelabrũ ponatur,

L. 16 Nemo autem lucernam accendens operit eam vaſe, aut ſubtus lectum ponit; ſed ſupra candelabrum ponit,

L. ut intrantes videant lumen?

m. 22 Non eſt enim aliquid abſconditum, quod non manifeſtetur; nec factum eſt occultum, ſed ut in palam veniat.

L. 17 Non eſt enim occultũ, quod non manifeſtetur; nec abſconditum, quod non cognoſcatur, & in palam veniat.

m. 23 Si quis habet aures audiendi, audiat.

164. 24 Et dicebat illis: §. 164.

m Videte...... quid * audiatis.	L. 18 Videte ergo quomodo audiatis.	* &

m. In qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis, & adjicietur vobis.

m. 25 Qui enim habet, dabitur illi; & qui non habet, etiam quod habet * auferetur ab eo. — 156	L Qui enim habet, dabitur illi; & quicumq; non habet, etiam quod putat ſe habere, auferetur ab illo. — 153	* aut

PARABOLÆ ZIZANIORUM EXPLICATIO.

M. 13.

165. Et acceſſerunt ad eum diſcipuli ejus, dicentes: §. 165.
Ediſſere nobis parabolam † zizaniorum agri. 37 Qui reſ- † Art. 155.
pondens, ait illis: Qui ſeminat bonum ſemen, eſt Filius
hominis; 38 ager autem, eſt mundus; bonum vero ſemen,
hi ſunt filii Regni; zizania autem, filii ſunt nequam;
39 inimicus autem qui ſeminavit ea, eſt diabolus; meſſis
vero, conſummatio ſeculi eſt; meſſores autem, Angeli
ſunt. 40 Sicut ergo colliguntur zizania, & igni comburuntur;
fic erit in conſummatione ſeculi. 41 Mittet Filius
hominis Angelos ſuos, & colligent de Regno ejus omnia
ſcandala, & eos qui faciunt iniquitatem; 42 & mittent
eos in caminum ignis: Ibi erit fletus, & ſtridor dentium.
43 Tunc juſti fulgebunt ſicut ſol in Regno Patris eorum.
Qui habet aures audiendi, audiat.

VERBUM DEI THESAURO ABSCONDITO ET PRETIOSÆ MARGARITÆ COMPARATUM.

M. 13.

166. 44 Simile eſt Regnum Cœlorum theſauro abſcondito in agro; quem qui invenit homo, abſcondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit univerſa quæ habet, & emit agrum illum. §. 166.

167. 45 Iterum ſimile eſt Regnum Cœlorum homini §. 167.

negotiatori, quærenti bonas margaritas. 46. Inventa autem una pretioſa margarita, abiit, & vendidit omnia quæ habuit, & emit eam.

Eccleſia sagenæ comparata.

M. 13.

§. 168. 168. 47 Iterum ſimile eſt Regnum Cœlorum ſagenæ miſſæ in mare, & ex omni genere piſcium congreganti: 48 quam cum impleta eſſet, educentes, & ſecus littus ſedentes, elegerunt bonos in vaſa, malos autem foras miſerunt. 49 Sic erit in conſummatione ſeculi. Exibunt Angeli, & ſeparabunt malos de medio juſtorum, 50 & mittent eos in caminum ignis: Ibi erit fletus & ſtridor dentium.

§. 169. 169. 51 Intellexiſtis hæc omnia? Dicunt ei: Etiam. 52 Ait illis: Ideo omnis Scriba doctus in Regno Cœlorum ſimilis eſt homini patriſamilias, qui profert de theſauro ſuo nova & vetera.

SECTIO VI.

Christi prædicatio in Synagoga Nazareth.

M. 13. m. 6. L. 4.

§. 170. 170. M. 53 Et factum eſt, cum conſummaſſet Jeſus parabolas iſtas,

M. tranſiit inde, 54 & m. 1 Et egreſſus inde,

M. veniens in patriã ſuam	m. abiit in patriã ſuam	L. 16 Et venit Nazareth;

† Act. 29. L. † ubi erat nutritus:

m. & ſequebantur eum diſcipuli ſui.

L. Et intravit ſecundum conſuetudinem ſuam

m 2 Et facto Sabbato, L. die Sabbati

L. in Synagogam; & ſurrexit legere. 17 Et traditus
eſt illi liber Iſaiæ Prophetæ. Et ut revolvit librum, in-
venit locum, ubi ſcriptum erat: 18 † Spiritus Domini † Iſ. 61. 1.
ſuper me; propter quod unxit me, evangelizare pau-
peribus miſit me, ſanare contritos corde, 19 prædica-
re captivis remiſſionem, & cæcis viſum, dimittere con-
fractos in remiſſionem, prædicare annum Domini ac-
ceptum, & diem retributionis. 20 Et cum plicuiſſet li-
brum, reddidit miniſtro, & ſedit. Et omnium in Syna-
goga oculi erant intendentes in eum. 21 Cœpit autem
dicere ad illos: Quia hodie impleta eſt hæc ſcriptura
in auribus veſtris; 22 &

M. docebat eos in Synagogis eorum: m cœpit in Synagogâ docere.

171. m Et multi L. Omnes §. 171.

m. audientes

L. teſtimonium illi dabant,

M ita ut mirarētur, m admirabātur L. & mirabātur

m in doctrina ejus, L. in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore ipſius,

M & dicerent: m dicentes: — b L. & dicebant:

M. Unde huic ſapientia hæc & virtutes? m a Et quæ eſt ſapientia.......... quæ data eſt illi, & virtutes tales quæ per manus ejus efficiuntur?

m. 3 Nonne hic eſt faber?

M 55 Nonne hic eſt fabri filius? L. Nonne hic eſt filius Joſeph

L. 4.

M. Nonne mater ejus dicitur Maria? & fratres ejus Jacob⁹, & Joſeph, & Simon, & Judas? 56 & ſorores ejus nonne oẽs apud nos ſunt? unde ergo huic omnia iſta? 57 Et ſcandalizabantur in eo.

m filius Mariç, frater Jacobi, & Joſeph, & Judæ, & Simonis? Nonne & ſorores ejus hîc nobiſcum ſunt?—c b Unde huic hæç omnia?—a c Et ſcandalizabantur in illo.

§. 172. 172. M. Jeſus autem dixit eis:

m 4 Et dicebat illis Jeſus:

L 23 Et ait illis:

L. Utique dicetis mihi hanc ſimilitudinem: Medice, cura teipſum: Quanta audivimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua 24 Ait autem: Amen dico vobis, quia nemo Propheta acceptus eſt in patria ſua.

M. Non eſt Propheta ſine honore, niſi in patria ſua, & in domo ſua,

m Quia non eſt Propheta ſine honore, niſi in patria ſua, & in domo ſua,

m. & in cognatione ſua.

L. 25 In veritate dico vobis; multæ viduæ erant in diebus Eliæ in Iſrael, quando clauſum eſt cœlum annis tribus, & menſibus ſex, cum facta eſſet fames magna in omni terra: 26 & ad nullam illarum miſſus eſt Elias, niſi in
† 3.Reg.17.9. † Sarepta Sidoniæ ad mulierem viduam. 27 Et multi leproſi erant in Iſrael ſub Elizæo Propheta: & nemo eo-
† 4.Reg.5.14. rum mundatus eſt, niſi † Naaman Syrus.

§. 173. 173. 28 Et repleti ſunt omnes in Synagoga ira, hæc audientes. 29 Et ſurrexerunt, & ejecerunt illum extra civitatem; & duxerunt illum uſque ad ſupercilium montis, ſuper quem civitas illorum erat ædificata, ut præcipitarent eum. 30 Ipſe autẽ tranſiens per medium illorũ, ibat.-66

M. 58 Et non fecit ibi virtutes multas,

m. 5 & non poterat ibi virtutem ullam facere, niſi paucos infirmos impoſitis manibus curavit: 6 & mirabatur

M. propter incredulitatem eorum.— 184

m propter incredulitatem eorum.

GALILÆAM PERAGRAT.

M. 9. m. 6. L. 8.

174. L. 1 Et factum eſt deinceps, §. 174.

M. 35 & circuibat Jeſus	m 6 Et circuibat	L & ipſe iter faciebat

M. omnes civitates L per civitates

M. & caſtella, m caſtella, L & caſtella;

M. docens in Synagogis eorum, m in circuitu docens.

M. & prædicans Evangelium Regni	L prædicans & evangelizans Regnum Dei,

M. & curans omnem languorem, & omnem infirmitatem:

L. & duodecim cum illo, 2 & mulieres aliquæ, quæ erant curatæ à ſpiritibus malignis, & infirmitatibus; Maria, quæ vocatur Magdalene, de qua ſeptem dæmonia exierant, 3 & Joanna uxor Chuſæ procuratoris Herodis, & Suſanna, & aliæ multæ, quæ miniſtrabant ei de facultatibus ſuis. — 154

MISSIO APOSTOLORUM.

M. 9.

175. 36 Videns autem turbas, miſertus eis; quia erant vexati, & jacentes ſicut oves non habentes paſtorem. 37 Tunc dicit diſcipulis ſuis: Meſſis quidem multa, operarii autem pauci. 38 Rogate ergo dominum meſſis ut mittat operarios in meſſem ſuam. §. 175.

M. 10. m. 6. L. 9.

176. M. 1 Et convocatis duodecim diſcipulis ſuis	m 7 Et vocavit duodecim; — 178	L 1 Convocatis autem duodecim Apoſtolis,	§. 176.

L. 9.

§. 177. 177. M dedit illis poteſtatem ſpirituum immundorum, ut ejicerent eos, | m & dabat illis poteſtatem ſpirituum immundorum: — 179 | L. dedit illis virtutem & poteſtatem ſuper........ omnia dæmonia,

M. & curarent omnem languorem, & omnem infirmitatem: — 105 | L. & ut languores curarent:

§. 178. 178. M 5 Hos duodecim miſit Jeſus, | m. & cœpit eos mittere binos — 177 | L 2 & miſit illos

L. prædicare Regnum Dei, & ſanare infirmos,

§. 179. 179 M. præcipiens eis, dicens: In viam Gentium ne abieritis, & in civitates Samaritanorum ne intraveritis: 6 ſed potius ite ad oves, quæ perierunt domus Iſrael. 7 Euntes autem prædicate, dicentes: Quia appropinquavit Regnum Cœlorum. 8 Infirmos curate, mortuos ſuſcitate, leproſos mundate, dæmones ejicite: gratis accepiſtis, gratis date.

m 8 Et præcepit eis ne quid tollerent in via, — e | L. 3 Et ait ad illos: Nihil tuleritis in via: — d

M. 9 nolite poſſidere aurum, neque argentum,

M. neque pecuniam in zonis veſtris; 10 non peram in via, | m a neque in zona æs; — d b non peram, | L a neque pecuniam, — c..... b neque peram,

m non panem; — a | L. neque panem, — a

M. neque duas tunicas; | m c ne induerentur duabus tunicis; — f | L c neque duas tunicas habeatis, — e

m. d 9 ſed calceatos ſandaliis, & — c e niſi virgam tantum; * — b

* vel etiam

M. neque calceamenta,

M. neque virgam: | L d neque virgam, — b

M. dignus enim eſt operarius cibo ſuo.

m. f 10 Et dicebat eis:

M. 11 In quamcumque autem civitatem aut caſtellum intraveritis, interrogate quis in ea dignus ſit:

m Quocumque introieritis in domum,

L. e 4 & in quamcumque domum intraveritis,

M & ibi manete,

m. illic manete,

L ibi manete, & inde ne exeatis.

M donec exeatis.

m. donec exeatis inde.

M. 12 Intrantes autem in domum, ſalutate eam, dicentes: Pax huic domui. 13 Et ſi quidem fuerit domus illa digna, veniet pax veſtra ſuper eam; ſi autem non fuerit digna, pax veſtra revertetur ad vos.

M 14 Et quicumque non receperit vos,

m. 11 Et quicũque nõ receperint vos,

L 5 Et quicumque non receperint vos;

M neq; audierit ſermones veſtros;

m. nec audierĩt vos;

M. exeũtes foras de domo vel civitate, excutite pulverem de pedibus veſtris.

m exeuntes inde, excutite pulverem de pedib⁹ veſtris,

L exeuntes.......... de civitate illa, etiam pulverem pedum veſtrorum excutite

m in teſtimoniũ illis.

L. in teſtimoniũ ſupra illos. -183

M. 15 Amen dico vobis: Tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorrhæorum in die judicii, quam illi civitati.

M. 10. L. 12.

180. M. 16 Ecce ego mitto vos ſicut oves in medio luporum. Eſtote ergo prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ. 17 Cavete autem ab hominibus: tradent enim vos in Conciliis, & in Synagogis ſuis flagellabunt vos: 18 & ad Præſides, & ad Reges ducemini propter me, in teſtimonium illis, & Gentibus. §. 180.

M [19] Cum autem tradent vos, | L. [11] cum autem inducent vos

L. in Synagogas, & ad Magiſtratus, & poteſtates,

M nolite cogitare quomodo aut quid loquamini : — b | L. nolite ſolliciti eſſe qualiter aut quid reſpondeatis, aut quid dicatis :

M. a 20 Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis : — c

M b dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. — a | L. [12] Spiritus enim ſanctus docebit vos in ipſa hora quid oportear vos dicere. — 294

M. c 21 Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium : & inſurgent filii in parentes, & morte eos afficient : 22 & eritis odio omnibus propter nomen meum : qui autem perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit. 23 Cum autem perſequentur vos in civitate iſta, fugite in aliam. Amen dico vobis, non conſummabitis civitates Iſrael, donec veniat Filius hominis. 24 Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum, nec ſervus ſuper dominum ſuum: 25 ſufficit diſcipulo, ut ſit ſicut magiſter ejus ; & ſervo,
† Art. 142. ſicut dominus ejus. Si patremfamilias † Beelzebub vocaverunt, quanto magis domeſticos ejus ?

§. 181. 181. 26 Ne ergo timueritis eos : Nihil enim eſt opertum quod non revelabitur ; & occultum quod non ſcietur. 27 Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine : & quod in aure auditis, prædicate ſuper tecta.

L. 4 Dico autem vobis amicis meis :

M 28 Et nolite timere eos qui occidunt corpus, | L. Ne terreamini ab his qui occidunt corpus,

L. & poſt hæc non habent amplius quid faciant,

M. animam autem non poſſunt occidere.

L. 5 Oſtendam autem vobis quem timeatis :

M ſed potius timete eum qui | L. Timete eum qui

L. poſtquam occiderit,

M. poteſt & animam & corpus perdere in gehennam.	L habet poteſtatem mittere in gehennam.

L. Ita dico vobis, hunc timete.

M. 29 Nonne duo paſſeres aſſe væneunt?	L 6 Nonne quinque paſſeres væneunt dipondio?

L. & unus ex illis non eſt in oblivione coram Deo,

M. & unus ex illis non cadet ſuper terram ſine Patre veſtro.

M 30 Veſtri autem capilli capitis omnes numerati ſunt. 31 Nolite ergo timere: multis paſſeribus meliores eſtis vos. 32 Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus,...... confitebor & ego eum	L. 7 Sed & capilli capitis veſtri omnes numerati ſunt. Nolite ergo timere: multis paſſeribus pluris eſtis vos. 8 Dico autem vobis: Omnis quicumque confeſſus fuerit me coram hominibus, & Filius hominis confitebitur illum

L. coram Angelis Dei,

M. coram Patre meo, qui in Cœlis eſt:

M. 33 qui autem negaverit me coram hominibus, negabo & ego eum	L 9 qui autem negaverit me coram hominibus, negabitur

L. coram Angelis Dei, — 145

M. coram Patre meo qui in Cœlis eſt.

182. L. 49 Ignem veni mittere in terram; & quid volo, nisi ut accendatur? 50 Baptiſmo autem habeo baptizari; & quomodo coarctor uſquedum perficiatur? §. 182.

M. 34 Nolite arbitrari quia pacem venerim mittere in terram: non veni pacem mittere, ſed gladium, *	L 51 Putatis quia pacem veni dare in terram? non, dico vobis, ſed ſeparationem

* &

L. 52 Erunt enim ex hoc quinque in domo una diviſi, tres in duos, & duo in tres.

M 35 Veni enim ſeparare hominē adverſus patrem ſuum, & filiam adverſus matrem ſuam, & nurum adverſus ſocrum ſuam:	L. 53 Dividentur pater in filium, & filius in patrem ſuum; mater in filiam, & filia in matrem; ſocrus in nurum ſuam, & nurus in ſocrum ſuam: — 210

M. 36 & inimici hominis, domeſtici ejus. 37 Qui amat patrem aut matrem pluſquam me, non eſt me dignus: & qui amat filium aut filiam ſuper me, non eſt me dignus. 38 Et qui non accipit crucem ſuam, & ſequitur me, non eſt me dignus. 39 Qui invenit animam ſuam, perdet illam; & qui perdiderit animam ſuam propter me, inveniet eam. 40 Qui recipit vos, me recipit; & qui me recipit, recipit eum qui me miſit. 41 Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet. Et qui recipit juſtum in nomine juſti, mercedem juſti accipiet. 42 Et quicumque potum dederit uni ex minimis iſtis calicem aquæ frigidæ tantum, in nomine diſcipuli; amen dico vobis, non perdet mercedem ſuam.

M. 11. m. 6. L. 9.

§. 183. 183. M. 1 Et factum eſt, cum conſummaſſet Jeſus, præcipiens duodecim diſcipulis ſuis, tranſiit inde ut doceret & prædicaret in civitatibus eorum. — 136

m. 12 Et exeuntes, L. 6 Egreſſi autem

L. circuibant per caſtella, evangelizantes; &

m. prædicabant ut pœnitentiam agerent: 13 & dæmonia multa ejiciebant,

m. & ungebant oleo multos ægros, & ſanabant	L curantes ubique.

FAMA

FAMA JESU APUD HERODEM.

M. 14. m. 6. L. 9.

184. M. [1] In illo tempore §. 184.

M. audivit Herodes tetrarcha | m. [14] Et audivit Rex Herodes, | L. [7] Audivit autem Herodes tetrarcha

M. famam Jeſu, [2] &

L. omnia quæ fiebant ab eo:

m. (manifeſtum enim factum eſt nomen ejus)

m. & dicebat: L. & hæſitabat,

L. eo quod diceretur [8] à quibuſdam:

m. Quia Joannes Baptiſta reſurrexit à mortuis, | L. Quia Joannes ſurrexit à mortuis:

m. & propterea virtutes operantur in illo:

m. [15] Alii autem dicebant; Quia Elias eſt: | L. à quibuſdam vero; Quia Elias apparuit:

L. ab aliis autem; Quia Propheta unus de antiquis ſurrexit:

m. Alii vero dicebant: Quia Propheta eſt, quaſi unus ex Prophetis. [16] Quo audito,

m. Herodes ait: L. [9] Et ait Herodes:

L. Joannem ego decollavi: quis eſt autem iſte de quo ego talia audio? Et quærebat videre eum. [10] Et — 186

M. ait pueris ſuis: Hic eſt Joannes Baptiſta,

m. quem ego decollavi;

M. ipſe ſurrexit à mortuis, m Joannem, hic à mortuis reſurrexit. — 56

M. & ideo virtutes operantur in eo. — 56

Decollatio Joannis.

M. 14. m. 6.

§. 185.

* Nam 185. m. 21 'Et' cum dies opportunus accidiſſet,

M 6 Die autem natalis Herodis, m. Herodes natalis ſui

m. cœnam fecit Principibus, & Tribunis, & primis Galilææ. 22 Cumque introiſſet

M ſaltavit filia Herodiadis in medio & placuit Herodi.

m. filia ipſius Herodiadis, & ſaltaſſet, & placuiſſet Herodi,

m. ſimulque recumbentibus; Rex ait puellæ: Pete à me quod vis, & dabo tibi.

M 7 Unde cum juramento pollicitus eſt ei dare quodcumque poſtulaſſet ab eo.

m. 23 Et juravit illi: Quia quidquid petieris dabo tibi,

m. licet dimidium Regni mei. 24 Quæ cum exiſſet, dixit matri ſuæ: Quid petam? At illa dixit: Caput Joannis Baptiſtæ. 25 Cumque introiſſet ſtatim cum feſtinatione ad Regem,

M 8 At illa præmonita à matre ſua;

M Da mihi, inquit, hîc in diſco caput Joannis Baptiſtæ. 9 Et contriſtatus eſt Rex: propter........... juramentum autem & eos qui pariter recumbebant,

m. petivit, dicens: Volo ut protinus des mihi in diſco caput Joannis Baptiſtæ. 26 Et contriſtatus eſt Rex: propter jusjurandum, & propter ſimul diſcumbentes,

m. noluit eam contriſtare:

M jusſit dari: 10 miſitque & decollavit Joannem in carcere, 11 & allatum eſt caput ejus in diſco, & datum eſt puellæ; & attulit matri ſuæ. 12 Et accedentes diſcipuli ejus, tulerunt corpus ejus, & ſepelierunt illud:

m. 27 ſed miſſo ſpiculatore, præcepit afferri caput ejus in diſco. Et decollavit eum in † carcere, 28 & attulit caput ejus in diſco, & dedit illud puellæ; & puella dedit matri ſuæ. 29 Quo audito, diſcipuli ejus venerunt, & tulerunt corpus ejus, & poſuerunt illud in monumento: † Act. 56.

M. Et venientes nuntiaverunt Jeſu.

QUINQUE PANIBUS PASCIT JESUS QUINQUE MILLIA HOMINUM.

M. 14. m. 6. L. 9. J. 6.

186. M. 13 Quod cum audiſſet Jeſus, ſeceſſit inde: §. 185.

m. 30 Et convenientes Apoſtoli ad Jeſum, renuntiaverunt ei omnia quæ egerant &

L reverſi Apoſtoli narraverunt illi quæcumque fecerunt. Et

m. docuerant. 31 Et ait illis: Venite ſeorſum in deſertum locum, & requieſcite puſillum. Erant enim qui veniebant & redibant multi; & nec ſpatium manducandi habebant. 32 Et

J. 1 poſt hæc

L. aſſumptis illis,

M in navicula m. aſcendentes in navim,

m. abierunt L ſeceſſit J abiit Jeſus

M in locũ deſertum ſeorſum. m in deſertũ locum ſeorſum. L. ſeorſum in locũ deſertum,

L. qui eſt Bethſaidæ,

J. trans mare Galilææ, quod eſt Tiberiadis.

 m. 33 Et viderunt eos abeuntes,

M. Et cũ audiſſent turbæ, — b | m. & cognoverunt multi : | L 11 Quod cum cognoviſſent turbæ,

M. a pedeſtres de civitatibus — c | m. & pedeſtres de omnibus civitatibus

M. b ſecutæ ſunt eum. — a | m concurrerunt illuc, | L ſecutæ ſunt illum.

m. & prævenerunt eos :

*illa — J. 2 Et ſequebatur eum multitudo * magna, quia videbant ſigna quæ faciebat ſuper his qui infirmabantur.

M. c 14 Et exiens vidit turbam multam, & miſertus eſt eis; | m 34 Et exiens vidit turbam multam Jeſus, & miſertus eſt ſuper eos;

m. quia erant ſicut oves non habentes paſtorem:

J. 3 Subiit ergo in montem Jeſus; & ibi ſedebat cum diſcipulis ſuis :

'turbas — L. & excepit 'eos',

m. & cœpit illos docere multa | L & loquebatur illis

L. de Regno Dei :

M & curavit languidos eorum. | L. & eos qui cura indigebant, ſanabat.

J. 4 Erat autem proximum Paſcha, dies feſtus Judæorum.

§. 187. 187. M 15 Veſpere autẽ facto, acceſſerũt ad eũ diſcipuli ejus, dicẽtes: Deſertus eſt locus | m. 35 Et cum jam hora multa fieret, acceſſerunt diſcipuli ejus, dicentes : Deſertus eſt locus hic, | L 12 Dies autẽ cœperat declinare. Et accedẽtes duodecim dixerunt illi — b a Quia hîc in loco deſerto ſumus; — c

M. & hora jam præteriit ;	m & jam hora præteriit ;

M dimitte turbas, ut eũtes in caſtella,	m 36 dimitte illos, ut euntes in proximas villas, & vicos,	L. b dimitte turbas, ut euntes in caſtella villaſque quæ circa ſunt,

L. divertant, &

M emant ſibi eſcas.	m. emant ſibi cibos,	L inveniant eſcas. — a

m. quos manducent.

M. 16 Jeſus autem dixit eis :	m 37 Et reſpondens, ait illis :	L c 13 Ait autem ad illos :

M. Non habent neceſſe ire;

M. date illis vos manducare.	m Date illis vos manducare.	L Vos date illis manducare.

m. Et dixerunt ei : Euntes emamus ducentis denariis panes, & dabimus illis manducare ?

J. 5 Cum ſublevaſſet ergo oculos Jeſus, & vidiſſet quia multitudo maxima venit ad eum, dixit ad Philippum : Unde ememus panes, ut manducent hi ? 6 Hoc autem dicebat tentans eum : ipſe enim ſciebat quid eſſet facturus. 7 Reſpondit ei Philippus : Ducentorum denariorum panes non ſufficiunt eis, ut unuquiſque modicum quid accipiat.

m. 38 Et dicit eis : Quot panes habetis ? ite, & videte. Et cum cognoviſſent,

M. 17 Reſpõderunt ei : Non habemus hîc niſi quinq; panes, & duos piſces.	m dicunt : Quinque & duos piſces.	L At illi dixerunt : Non ſunt nobis pluſquã quinq; panes, & duo piſces.	J. 8 dicit ei unus ex diſcipulis ejus, Andreas frater Simonis Petri : 9 Eſt puer un⁹ hîc, qui habet quinque panes hordeaceos, & duos piſces:

 J. ſed hæc quid ſunt inter tantos,

L. niſi forte nos eamus, & emamus in omnem hanc turbam eſcas? — c

M 18 Qui ait eis: L. d Ait autem ad diſcipulos ſuos: J 10 Dixit ergo Jeſus:

M. Afferte mihi illos huc, 19 &

L Facite illos diſcumbere J. facite homines diſcumbere

L. per convivia quinquagenos. 15 Et

M. cum juſſiſſet turbam diſcumbere m 39 Et præcepit illis ut accumbere facerent omnes

m. ſecundum contubernia,

L. ita fecerunt; & diſcumbere fecerunt omnes

M ſuper fœnum, m. ſuper viride fœnum;

J. (erat autem fœnum multum in loco.)

m 40 Et diſcubuerunt J. Diſcubuerunt ergo viri — b

m in partes, per centenos, & quinquagenos.

M acceptis quinq; panibus m 41 Et acceptis quinq; panibus, L. 16 Acceptis autem. .... quinq; panib9, J a 11 Accepit ergo Jeſus panes,

M & duobus piſcibus, aſpiciēs in Cœlum m & duobus piſcibus, intuens in Cœlum L. & duobus piſcibus, reſpexit in Cœlum,

J. & cum gratias egiſſet,

M benedixit, & fregit, m benedixit, & fregit L & benedixit illis; & fregit

M & dedit diſcipulis panes ;	m panes, & dedit diſcipulis ſuis,	L. & diſtribuit diſcipulis ſuis ,	J diſtribuit

m ut ponerent ante eos ; L. ut ponerent ante turbas;

M. diſcipuli autem turbis

J. diſcumbentibus. Similiter

m & duos piſces J. & ex piſcibus

m diviſit omnibus

J. quantum volebant.

M. 20 Et manducaverunt omnes , & ſaturati ſunt.	m 42 Et manducaverunt omnes , & ſaturati ſunt.	L 17 Et manducaverunt omnes, & ſaturati ſunt.

J. 12 Ut autem impleti ſunt, dixit diſcipulis ſuis : Colligite quæ ſuperaverunt fragmenta , ne pereant.

M Et tulerunt reliquias , duodecim cophinos fragmētorū plenos.	m 43 Et ſuſtulerunt reliquias fragmentorum , duodecim cophinos plenos ,	L Et ſublatū eſt quod ſuperfuit illis fragmētorum cophini duodecim.-21	J. 13 Collegerūt ergo,& īpleverūt duodecī cophinos fragmentorū ex quīq; panib⁹ hordeaceis , quę ſuperfuerūt his qui mãducaverãt,-c

m. & de piſcibus.

M. 21 Manducantium autem fuit numerus.. quinque millia virorum,	m 44 Erãt autem qui mãducaverunt, quinque millia virorum.	L c 14 Erãt autem.,.... fere viri quīq; millia. — d	J b Numero quaſi quinque millia. — a

M. exceptis mulieribus & parvulis.

J. c 14 Illi ergo homines cum vidiſſent quod Jeſus fecerat ſignum , dicebant : Quia hic eſt vere Propheta , qui venturus eſt in mundum.

SUPER AQUAS AMBULAT.

M. 14. m. 6. J 6.

§. 188. 188. J. 15 Jeſus ergo cum cognoviſſet quia venturi eſſent, ut raperent eum, & facerent eum Regem, — b

M 22 Et ſtatim compulit Jeſus diſcipulos aſcendere in naviculam, & præcedere eum trans fretum,

m 45 Et ſtatim coegit diſcipulos ſuos aſcendere navim, ut præcederent eum trans fretum

m. ad Bethſaidam;

M. donec dimitteret turbas.

m dum ipſe dimitteret populum.

J. a 16 Ut autem ſero factum eſt, deſcenderunt diſcipuli ejus ad mare. 17 Et cum aſcendiſſent navim, venerunt trans mare in Capharnaum. — 189

M. 23 Et dimiſsâ turba, m 46 Et cum dimiſiſſet eos,

M aſcendit in montem

m abiit in montem

J. b fugit iterum in montem

M ſolus J. ipſe ſolus — a

M. orare. m orare.

§. 189. 189. M. Veſpere autem facto, ſolus erat ibi

m 47 Et cum ſero eſſet, — a
a & ipſe ſolus in terra: — a

J. & tenebræ jam factæ erant, & non venerat ad eos Jeſus. 18 Mare autem vento magno flante exurgebat;

M. 24 navicula autem in medio mari

m b erat navis in medio mari. — a

M. jactabatur fluctibus.

m. c 48 Et videns eos laborantes in remigando

M erat enim contrarius ventus. 25 Quarta autem vigilia noctis venit ad eos ambulans ſuper mare.

m. (erat enim ventus contrarius eis) & circa quartam vigiliam noctis venit ad eos ambulans ſupra mare. — e

J. 19 Cum remigaſſent ergo quaſi ſtadia viginti-quinque aut triginta,

m. d 50 omnes enim viderunt eum — f J vident Jeſum

J. ambulantem ſupra mare, & proximum navi fieri:

m. e & volebat præterire eos.

M 26 Et videntes eum ſuper mare ambulantem,

m. 49 At illi ut viderunt eum ambulantem ſupra mare,

m. putaverunt phantaſma eſſe; — g

M. turbati ſunt, m. f & cõturbati ſunt,-h J & timuerũt.

M. dicentes: Quia phantaſma eſt; & præ timore

M. clamaverunt. 27 Statimque

m. g & exclamaverunt. — d h Et ſtatim

M. Jeſus locutus eſt eis, dicens:

m locutus eſt cum eis, & dixit eis:

J 20 Ille autem dicit eis:

M. Habete fiduciam: m Confidite:

M ego ſum, nolite timere.

m ego ſum, nolite timere.

J Ego ſum, nolite timere.

190. M. 28 Reſpondens autem Petrus, dixit: Domine, §. 190.
ſi tu es, jube me ad te venire ſuper aquas. 29 At ipſe ait:
Veni. Et deſcendens Petrus de navicula, ambulabat ſuper
aquam, ut veniret ad Jeſum. 30 Videns vero ventum validum, timuit: & cum cœpiſſet mergi, clamavit dicens:
Domine, ſalvum me fac. 31 Et continuo Jeſus extendens
manum, apprehendit eum; & ait illi: Modicæ fidei, quare dubitaſti?

§. 191. 191. J. 21 Voluerunt ergo accipere eum in navim;

m. 51 & aſcendit ad illos.

M. 32 Et cum aſcendiſſent

M. in naviculam, ceſſavit ventus;

m in navim; & ceſſavit ventus. Et

J. & ſtatim navis fuit ad terram in quam ibant.

M. 33 Qui autem in navicula erant,

m. plus magis intra ſe ſtupebant; 52 non enim intellexe-
† Art. 187. runt de † panibus, erat enim cor eorum obcæcatum: 53 Et

M. venerunt, & adoraverunt eum, dicentes: Vere Filius Dei es.

Male habentes sanat.

M. 14. m. 6. J. 6.

§. 192. 192. J. 22 Altera die,

M 34 Et cũ transfretaſſent, venerunt in terram Geneſar.

m. cum transfretaſſent, venerunt in terrã Geneſareth,

m. & applicuerunt. 54 Cumque egreſſi eſſent de navi, continuo

M 35 Et cum cognoviſſent eum

m. cognoverunt eum

M. viri loci illius;

m. 55 & percurrentes

M. miſerunt

M. in univerſam regionem illam, &

m univerſam regionem illam,

m. cœperunt in grabatis eos, qui ſe male habebant, cir-

cumferre ubi audiebant eum eſſe. 56 Et quocumque introibat, in vicos, vel in villas, aut civitates, in plateis

M. obtulerunt ei omnes male habentes; 36 Et rogabant eum ut vel fimbriam veſtimenti ejus tangerent: & quicumque tetigerunt, ſalvi facti ſunt. — 201

m ponebant infirmos; & deprecabantur eum ut vel fimbriam veſtimenti ejus tangerent: & quotquot tangebant eum, ſalvi fiebant. — 201

CIBUM ANIMÆ SE ESSE DOCET.

J. 6.

193. Turba, quæ ſtabat trans mare, vidit quia navicula alia non erat ibi niſi una, & quia non introiſſet cum diſcipulis ſuis Jeſus in navim, ſed † ſoli diſcipuli ejus abiiſſent: 23 aliæ vero ſupervenerunt naves à Tiberiade, juxta locum ubi † manducaverant panem, gratias agente Domino. 24 Cum ergo vidiſſet turba quia Jeſus non eſſet ibi neque diſcipuli ejus, aſcenderunt in naviculas, & venerunt Capharnaum, quærentes Jeſum. §. 193. † Art. 188. † Art. 187.

194. 25 Et cum inveniſſent eum trans mare, dixerunt ei: Rabbi, quando huc veniſti? 26 Reſpondit eis Jeſus, & dixit: Amen, amen dico vobis: quæritis me, non quia vidiſtis ſigna, ſed quia manducaſtis ex panibus, & ſaturati eſtis. 27 Operamini, non cibum qui perit, ſed qui permanet in vitam æternam, quem Filius hominis dabit vobis: hunc enim Pater ſignavit Deus. 28 Dixerunt ergo ad eum: Quid faciemus, ut operemur opera Dei? 29 Reſpondit Jeſus, & dixit eis: Hoc eſt opus Dei, ut credatis in eum quem miſit ille. §. 194.

195. 30 Dixerunt ergo ei: Quod ergo tu facis ſignum, ut videamus, & credamus tibi? quid operaris? 31 Patres noſtri † manducaverunt manna in deſerto, ſicut ſcriptum eſt: † Panem de cœlo dedit eis manducare. 32 Dixit ergo eis Jeſus: Amen, amen dico vobis: non Moyſes dedit vobis panem de Cœlo; ſed Pater meus dat vobis panem de Cœlo verum. 33 Panis enim Dei eſt, qui de Cœlo deſcendit, & dat vitam mundo. 34 Dixerunt ergo ad eum: Domine, ſemper da nobis panem hunc. 35 Dixit autem eis Jeſus: Ego §. 195. † Ex. 16. 14. † Pſ. 77. 24.

ſum panis vitæ : qui venit ad me , non eſuriet ; & qui cre-
dit in me , non ſitiet umquam. 36 Sed dixi vobis, quia &
vidiſtis me , & non creditis.

§. 196. 196. 37 Omne , quod dat mihi Pater , ad me veniet : &
eum , qui venit ad me , non ejiciam foras : 38 quia deſcen-
di de Cœlo , non ut faciam voluntatem meam , ſed vo-
luntatem ejus qui miſit me. 39 Hæc eſt autem voluntas
ejus , qui miſit me , Patris ; ut omne quod dedit mihi ,
non perdam ex eo , ſed reſuſcitem illud in noviſſimo die:
40 Hæc eſt autem voluntas Patris mei , qui miſit me ;
ut omnis qui videt Filium , & credit in eum , habeat vi-
tam æternam ; & ego reſuſcitabo eum in noviſſimo die.

§. 197. 197. 41 Murmurabant ergo Judæi de illo , quia dixiſſet;
Ego ſum panis vivus , qui de Cœlo deſcendi. 42 Et dice-
bant : Nonne hic eſt Jeſus filius Joſeph, cujus nos novimus
patrem & matrem? quomodo ergo dicit hic; Quia de Cœlo
deſcendi ? 43 Reſpondit ergo Jeſus , & dixit eis : Nolite
murmurare in invicem. 44 Nemo poteſt venire ad me, niſi
Pater, qui miſit me, traxerit eum : & ego reſuſcitabo
† Iſ. 54. 13. eum in noviſſimo die. 45 Eſt ſcriptum in Prophetis : † Et
erunt omnes docibiles Dei. Omnis qui audivit à Patre , &
didicit, venit ad me. 46 Non quia Patrem vidit quiſ-
quam , niſi is qui eſt à Deo , hic vidit Patrem.

§. 198. 198. 47 Amen , amen dico vobis : Qui credit in me , ha-
bet vitam æternam. 48 Ego ſum panis vitæ 49 Patres ve-
† Ex. 16. 14. ſtri † manducaverunt manna in deſerto , & mortui ſunt.
50 Hic eſt panis de Cœlo deſcendens , ut ſi quis ex ipſo
manducaverit , non moriatur. 51 Ego ſum panis vivus, qui
de Cœlo deſcendi : 52 Si quis manducaverit ex hoc pane,
vivet in æternum ; & panis , quem ego dabo , caro mea
eſt pro mundi vita. 53 Litigabant ego Judæi ad invicem,
dicentes : Quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare
ad manducandum ? 54 Dixit ego eis Jeſus : Amen , amen
dico vobis : niſi manducaveritis carnem Filii hominis , &
biberitis ejus ſanguinem, non habebitis vitam in vobis.
55 Qui manducat meam carnem , & bibit meum ſangui-
nem , habet vitam æternam : & ego reſuſcitabo eum in
noviſſimo die. 56 Caro enim mea vere eſt cibus , & ſan-
guis meus vere eſt potus. 57 Qui manducat meam car-
nem , & bibit meum ſanguinem , in me manet , & ego in

illo. 58 Sicut miſit me vivens Pater, & ego vivo propter
Patrem; & qui manducat me, & ipſe vivet propter me.
59 Hic eſt panis, qui de Cœlo deſcendit. Non ſicut man-
ducaverunt Patres veſtri manna, & mortui ſunt: Qui man-
ducat hunc panem, vivet in æternum.

199. 60 Hæc dixit in Synagoga docens in Capharnaüm. §. 199.
61 Multi ergo audientes ex diſcipulis ejus, dixerunt: Du-
rus eſt hic ſermo, & quis poteſt eum audire? 62 Sciens
autem Jeſus apud ſemetipſum quia murmurarent de hoc
diſcipuli ejus, dixit eis: Hoc vos ſcandalizat? 63 Si ergo
videritis Filium hominis † aſcendentem ubi erat prius? † Art. 438.
64 Spiritus eſt qui vivificat; caro non prodeſt quidquam.
Verba quæ ego locutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt.
65 Sed ſunt quidam ex vobis qui non credunt. Sciebat
enim ab initio Jeſus, qui eſſent non credentes, & quis
† traditurus eſſet eum. 66 Et dicebat: Propterea dixi vo-
bis, † quia nemo poteſt venire ad me, niſi fuerit ei datum † Art. 386. & 120.
à Patre meo. 67 Ex hoc multi diſcipulorum ejus abierunt † Art. 197.
retro; & jam non cum illo ambulabant.

200. 68 Dixit ergo Jeſus ad duodecim: Numquid & §. 200.
vos vultis abire? 69 Reſpondit ergo ei Simon Petrus: Do-
mine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes: 70 &
nos credidimus, & cognovimus quia tu es Chriſtus Fi-
lius Dei. 71 Reſpondit eis Jeſus: Nonne ego vos duode- Art 104.
cim † elegi? & ex vobis unus diabolus eſt. 72 Dicebat au-
tem Judam Simonis Iſcariotem: hic enim erat traditurus
eum, cum eſſet unus ex duodecim.

SECTIO VII.

QUERELÆ PHARISÆORUM ET SCRIBARUM ADVERSUS CHRISTI DISCIPULOS QUOD ILLOTIS MANDUCARENT MANIBUS.

M. 15. m. 7. J. 7.

201. J. 1 Poſt hæc autem ambulabat Jeſus in Galilæam, §. 201.
non enim volebat in Judæam ambulare; quia † quære- † Art. 93. & 25.
bant eum Judæi interficere. — 235.

M. 1 Tunc acceſſerunt ad eum ab Jeroſolymis Scribæ & Phariſæi,

m. 1 Et conveniunt ad eum Phariſæi, & quidã de Scribis venientes ab Jeroſolymis.

m. 2 Et cum vidiſſent quoſdam ex diſcipulis ejus communibus manibus (id eſt non lotis) manducare panes, vituperaverunt. 3 Phariſæi enim, & omnes Judæi, niſi crebro laverint manus, non manducant, tenentes traditionem ſeniorum: 4 & à foro niſi baptizentur, non comedunt: & alia multa ſunt, quæ tradita ſunt illis ſervare; baptiſmata calicum, & urceorum, & æramentorum, & lectorum. 5 Et interrogabant eum Phariſæi, & Scribæ,

M. dicentes:

M. 2 Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditionem ſeniorum?

m. Quare diſcipuli tui non ambulant juxta traditionẽ ſeniorum,

M. non enim lavant manus ſuas, cum panem manducant,

m. ſed communibus manibus manducant panem. — 203

§. 202. 202. M. 3 Ipſe autem reſpõdens, ait illis: Quare & vos tranſgredimini mandatũ Dei propter traditionem veſtram?
† Ex. 20. 12. Nam Deus dixit: 4 Honora patrem, & matrem;
† Ex. 21. 17. & : Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. 5 Vos autem dicitis: Quicumque dixerit patri vel matri: Munus quodcumque eſt ex me, tibi proderit:

m. 9 Et dicebat illis: Bene irritum facitis preceptũ Dei ut traditionẽ veſtram ſervetis? 10 Moyſes enim dixit: † Honora patrẽ tuũ, & matrem tuã; & : † Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. 11 Vos autẽ dicitis: Si dixerit homo patri aut matri: Corban (quod eſt donum) quodcumque ex me, tibi profuerit:

M. 6 & non honorificabit patrem ſuum, aut matrem ſuam;

m. 12 & ultra non dimittitis eum quidquam facere patri ſuo, aut matri;

M. & irritum feciſtis mandatum Dei propter traditionem veſtram.

m [13] reſcindētes verbum Dei per traditionem veſtram

m. quam tradidiſtis: & ſimilia hujuſmodi multa facitis. — 204

203. M. 7 Hypocritæ, bene prophetavit de vobis Iſaias, dicens: 8 † Populus hic labiis me honorat; cor autem eorum longe eſt à me. 9 Sine cauſa autem colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum. §. 203.

m. 6 At ille reſpondēs, dixit eis: Bene prophetavit Iſaias de vobis hypocritis, ſicut ſcriptū eſt: Populus hic labiis me honorat; cor autem eorum lōge eſt à me. 7 In vanū autem me colunt, docentes doctrinas & præcepta hominū. † Iſ. 29. 13.

m. 8 Relinquentes enim mandatum Dei, tenetis traditionem hominum, baptiſmata urceorum & calicum; & alia ſimilia his facitis multa. — 202

204. M. 10 Et cōvocatis ad ſe turbis, dixit eis: Audite & intelligite. 11 Nō quod intrat in os, coinquinat hominem; ſed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem. §. 204.

m 14 Et advocans iterum turbā, dicebat illis: Audite me oēs, & intelligite. 15 Nihil eſt extra hominē introiens in eum, quod poſſit eum coinquinare; ſed quę de homine procedunt, illa ſunt quæ communicant hominem.

m. 16 Si quis habet aures audiendi, audiat.

M. 12 Tunc accedentes diſcipuli ejus, dixerunt ei: Scis quia Phariſæi audito verbo hoc ſcandalizati ſunt? 13 At ille reſpondens ait: Omnis plantatio, quam non plantavit Pater meus cœleſtis, eradicabitur. 14 Sinite illos; cæci ſunt, & duces cæcorum: cæcus autem ſi cæco ducatum præſtet, ambo in foveam cadunt.

205. m. 17 Et cum introiſſet in domum à turba, interrogabant eum diſcipuli ejus parabolam: 18 & §. 205.

M 15 Reſpondens autem Petrus dixit ei: Ediſcere nobis parabolam iſtam.

M. 16 At ille dixit : Adhuc & vos ſine intellectu eſtis ? 17 Non intelligitis, quia omne quod in os intrat ,

m ait illis: Sic & vos imprudẽtes eſtis? Non intelligitis, quia omne extrinſecus introiens in hominẽ,

m. non poteſt eum communicare : 19 quia non intrat in cor ejus ; ſed

M. in ventrem vadit, & in ſeceſſum emittitur ,

m in ventrem vadit , & in ſeceſſum exit ,

m. purgans omnes eſcas ? 20 Dicebat autem ,

M. 18 Quæ autem procedunt de ore , de corde exeunt , & ea coinquinant hominem. 19 De corde enim exeunt cogitationes malæ , homicidia , adulteria , fornicationes , furta ,

m quoniam quæ de homine exeunt , illa communicant hominem. 21 Ab intus enim de corde hominũ malæ cogitationes procedunt , adulteria , fornicationes, homicidia, 22 furta ,

M. falſa teſtimonia ,

m. avaritiæ , nequitiæ , dolus , impudicitiæ , oculus malus ,

M blaſphemiæ. m. blaſphemia ,

m. ſuperbia , ſtultitia. 23 Omnia hæc mala abintus procedunt ; &

M. 20 hæc ſunt quæ coinquinant hominem :

m communicant hominem.

M. Non lotis autem manibus manducare , non coinquinat hominem.

CHANANÆÆ

CHANANÆÆ FILIA A DÆMONIO LIBERATA.

M. 15. m. 7.

206. M. [21] Et egreſſus inde Jeſus, ſeceſſit in partes Tyri & Sidonis :

m [24] Et inde ſurgens, abiit in fines Tyri & Sidonis : §. 206.

m. & ingreſſus domum, neminem voluit ſcire, & non potuit latere.

M [22] Et ecce mulier m. [25] Mulier enim — b

M. Chananæa,

m. a cujus filia habebat ſpiritum immundum, — d
b ſtatim ut audivit de eo — a

M. à finibus illis egreſſa, clamavit, dicens ei : Miſerere mei, Domine, filii David ; filia mea male à dæmonio vexatur. [23] Qui non reſpondit ei verbum. Et accedentes diſcipuli ejus rogabant eum, dicentes : Dimitte eam, quia clamat poſt nos. [24] Ipſe autem reſpondens, ait : Non ſum miſſus niſi ad oves quæ perierunt domus Iſrael.

m c [26] (Erat enim mulier Gentilis, Syrophœniſſa genere.) — e

M. [25] At illa venit, m d intravit,

m. & procidit ad pedes ejus, — c

M. & adoravit eum, dicens : Domine, adjuva me.

m. e Et rogabat eum ut dæmonium ejiceret de filia ejus.

M. [26] Qui reſpondens ait : m [27] Qui dixit illi :

m. Sine prius ſaturari filios :

M Non eſt bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus. 27 At illa dixit: Etiam, Domine; nam & catelli edunt de micis

m. non eſt enim bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus. 28 At illa reſpõdit, & dixit illi: Utique, Dñe; nam & catelli comedunt ſub menſa de micis puerorum,

M. quæ cadunt de menſa dominorum ſuorum.

M. 28 Tunc reſpondens Jeſus, ait illi: m 29 Et ait illi:

M. O mulier, magna eſt fides tua: fiat tibi ſicut vis.

m. Propter hunc ſermonem, vade, exiit dæmonium à filia tua.

M. Et ſanata eſt filia ejus ex illa hora.

m. 30 Et cum abiiſſet domum ſuam, invenit puellam jacentem ſupra lectum, & dæmonium exiiſſe.

Surdus et mutus curatus.

M. 15. m. 7.

§ 207. 207. M 29 Et cum tranſiſſet inde Jeſus venit ſecus mare Galilææ.

m. 31 Et iterum exiens... de finibus Tyri, venit per Sidonem ad mare Galilææ,

m. inter medios fines Decapoleos. 32 Et adducunt ei ſurdum & mutum; & deprecabantur eum ut imponat illi manum. 33 Et apprehendens eum de turba ſeorſum, miſit digitos ſuos in auriculas ejus; & expuens, tetigit linguam ejus: 34 & ſuſpiciens in Cœlum, ingemuit, & ait illi: Ephpheta, quod eſt, adaperire. 35 Et ſtatim apertæ ſunt aures ejus, & ſolutum eſt vinculum linguæ ejus; & loquebatur recte. 36 Et præcepit illis ne cui dicerent. Quanto autem eis præcipiebat, tanto magis plus prædicabant: 37 & eo amplius abmirabantur, dicentes: Bene omnia fecit; & ſurdos fecit audire, & mutos loqui. — 209

VARII MALE HABENTES CURATI.

M. 15.

208. Et aſcendens in montem, ſedebat ibi. 30 Et acceſſerunt ad eum turbæ multæ, habentes ſecum mutos, cæcos, claudos, debiles, & alios multos: & projecerunt eos ad pedes ejus, & curavit eos: 31 ita ut turbæ mirarentur, videntes mutos loquentes, claudos ambulantes, cæcos videntes: & magnificabant Deum Iſrael. §. 208.

SEPTEM PANIBUS PASCUNTUR QUATUOR MILLIA HOMINUM.

M. 15. m. 8

209. M. 32 Jeſus autem §. 209.

m. 1 in diebus illis, iterum cum turba multa eſſet, nec haberent quod manducarent,

M. convocatis diſcipulis ſuis, dixit: Miſereor turbæ; quia triduo jam perſeverant mecum, & non habent quod manducent: &

m. convocatis diſcipulis, ait illis: 2 Miſereor ſuper turbam; quia ecce jam triduo ſuſtinent me, nec habent quod manducent: 3 &

M. dimittere eos jejunos nolo, ne

m. ſi dimiſero eos jejunos in domum ſuam,

M. deficiant in via; m. deficient in via;

m. quidam enim ex eis de longe venerunt.

M. 33 Et dicunt ei diſcipuli: .... Unde ergo nobis .... in deſerto panes tantos, ut ſaturemus turbam tantam? 34 Et ait illis Jeſus: Quot habetis panes? At illi dixerunt: Septem,

m. 4 Et reſponderunt ei diſcipuli ſui: Unde illos quis poterit hîc ſaturare panibus in ſolitudine? 5 Et interrogavit eos: Quot panes habetis? Qui dixerunt: Septem.

M. & paucos piſciculos.

M 35 Et præcepit turbæ ut diſcumberent ſuper terram. 36 Et accipiens ſeptem panes, & piſces, & gratias agens fregit, & dedit diſcipulis ſuis; & diſcipuli dederunt populo. 37 Et.. .... comederunt omnes,& ſaturati ſunt. Et quod ſuperfuit de fragmentis, tulerunt ſeptem ſportas plenas. 38 Erant autem qui manducaverunt, quatuor millia

m. 6 Et præcepit turbæ diſcūbere ſuper terram. Et acci-piēs ſeptem panes, gratias agens fregit, & dabat diſcipulis ſuis,ut apponerēt;& appoſuerūt turbę. 7 Et habebāt piſciculos paucos; & ipſos benedixit, & juſſit apponi. 8 Et manducaverunt, & ſaturati ſunt. Et ſuſtulerunt, quod ſuperaverat de fragmentis, ſeptem ſportas. 9 Erant autem qui manducaverant, quaſi quatuor millia

M. hominum, extra parvulos & mulieres.

M 39 Et dimiſſa turba, aſcendit in naviculam;

m. Et dimiſit eos. 10 Et ſtatim aſcendens navim

m. cum diſcipulis ſuis,

M & venit in fines m. venit in partes

m. Dalmanutha, 11 &

M. Magedan.

PHARISÆI ET SADDUCÆI SIGNUM A CHRISTO POSTULANT.

M. 16. m. 8. L. 12.

§. 210. 210. M. 1 Et acceſſerunt ad eum Phariſæi m. exierunt Pharisæi;

M. & Sadducæi;

m. & cœperunt conquirere cum eo;

M tentantes: & rogaverunt eum ut ſignum de Cœlo oſtenderet eis, | m. quærentes ab illo ſignum de Cœlo, ... tentantes eum.

M. 2 At ille reſpondens, ait illis: | L 54 Dicebat autem & ad turbas:

M. Facto veſpere dicitis; Serenum erit, rubicundum eſt enim cœlum: 3 & mane; Hodie tempeſtas, rutilat enim triſte cœlum.

L. Cum videritis nubem orientem ab occaſu, ſtatim dicitis; Nimbus venit, & ita fit: 55 & cum auſtrum flantem, dicitis; Quia æſtus erit, & fit. 56 Hypocritæ,

M 4 Faciem ergo cœli..... dijudicare noſtis: ſigna autem temporum non poteſtis ſcire? | L. faciem cœli & terræ noſtis probare: hoc autem tempus quomodo non probatis?

L. 57 Quid autem & à vobis ipſis non judicatis quod juſtum eſt? — 112

m. 12 Et ingemiſcens ſpiritu, ait: Quid

M Generatio | m. generatio iſta

M. mala & adultera

M ſignum quærit; & | m. ſignum quærit?

m. Amen dico vobis;

M. ſignum non dabitur ei, | m Si dabitur generationi iſti ſignum.

M. niſi † ſignum Jonæ Prophetæ. † Art. 148.

M. Et relictis illis, | m 13 Et dimittens eos,

m. aſcendit iterum navim, &

M. abiit m abiit

m. trans fretum.

§. 211. 211. M. 5 Et cum veniſſent diſcipuli ejus trans fretum,

M. obliti ſunt panes accipere; m 14 Et obliti ſunt panes ſumere;

m. & niſi unum panem non habebant ſecum in navi.

M 6 Qui dixit illis: Intuemini, & cavete à fermento Phariſæorum, m. 15 Et præcipiebat eis, dicens: Videte, & cavete à fermento Phariſæorum,

M. & Sadducæorum,

m. & fermento Herodis.

M. 7 At illi cogitabant Intra ſe, dicentes: Quia panes non accepimus. 8 Sciens autem Jeſus, dixit: Quid cogitatis, m 16 Et cogitabant ad alterutrum, dicentes: Quia panes nō habemus. 17 Quo cognito, ait illis Jeſus: Quid cogitatis

M. intra vos modicæ fidei,

M. quia panes non habetis? Nondum m quia panes non habetis? Nondum

m. cognoſcitis, nec

M. intelligitis? m intelligitis?

m. Adhuc cæcatum habetis cor veſtrum? 18 Oculos habentes non videtis, & aures habentes non auditis?

† Art. 287. M neque recordamini quinque panum in quinque millia hominum, & quot cophinos ſumpſiſtis? m Nec recordamini, 19 quando † quinque panes fregi in quinque millia; quot cophinos fragmentorum plenos ſuſtuliſtis?

m. Dicunt ei: Duodecim.

10 neque ſeptem panum in quatuor millia hominum, & quot ſportas ſumpſiſtis?

m. 20 Quando & † ſeptem panes in quatuor millia; quot ſportas fragmentorum tuliſtis? † Art. 209.

m. Et dicunt ei: Septem. 21 Et dicebat eis:

M 11 Quare non intelligitis

m. Quomodo nondum intelligitis

M. quia non de pane dixi vobis; Cavete à fermento Phariſæorum & Sadducæorum? 12 Tunc intellexerunt quia non dixerit cavendum à fermento panum, ſed à doctrina Phariſæorum & Sadducæorum. — 213

CÆCO VISUM RESTITUIT.

m. 8.

212. 22 Et veniunt Bethſaidam; & adducunt ei cæcum, & rogabant eum ut illum tangeret. 23 Et apprehenſa manu cæci, eduxit eum extra vicum: & expuens in oculos ejus impoſitis manibus ſuis, interrogavit eum ſi quid videret. 24 Et aſpiciens, ait: Video homines velut arbores ambulantes. 25 Deinde iterum impoſuit manus ſuper oculos ejus: & cœpit videre; & reſtitutus eſt ita ut clare videret omnia. 26 Et miſit illum in domum ſuam, dicens: Vade in domum tuam; & ſi in vicum introieris, nemini dixeris. §. 212.

PETRUM ECCLESIÆ SUÆ PRINCIPEM DESIGNAT.

M. 16. M. 8. L. 9.

213. M 13 Venit autem Jeſus

m. 27 Et egreſſus eſt Jeſus §. 213.

m. & diſcipuli ejus

M in partes Cæſareæ Philippi.

m. in caſtella Cæſareæ Philippi.

L. 9. L. 18 Et factum eſt

m Et in via,

L. cum ſolus eſſet orans, erant cum illo & diſcipuli;

M Et interrogabat dicipulos ſuos, dicens:

m interrogabat diſcipulos ſuos, dicens eis:

L. & interrogavit illos, dicens:

M. Quem dicunt homines eſſe Filium hominis?

m Quem me dicunt eſſe homines?

L. Quem me dicunt eſſe turbæ?

M. 14 At illi dixerunt: Alii Joannē Baptiſtam, alii autem Eliam,

m 28 Qui reſpōderunt illi, dicentes: Joannem Baptiſtā, & alii Eliā,

L. 19 At illi reſpōderunt, & dixerūt: Joannem Baptiſtā, alii autem Eliam,

M. alii vero Jeremiam,

M aut unum ex Prophetis. 15 Dicit illis Jeſus: Vos autem quem me eſſe dicitis? 16 Reſpondēs Simon Petrus,....... dixit: Tu es Chriſtus, Fili' Dei vivi.

m alii vero quaſi unum de Prophetis. 29 Tunc dicit illis: Vos vero quem me eſſe dicitis? Reſpondens Petrus, ait ei: Tu es Chriſtus.

L. alii vero quia unus Propheta de prioribus ſurrexit. 20 Dixit autē illis: Vos autem quem me eſſe dicitis? Reſpōdēs Simon Petr', dixit: Chriſtum Dei.

§. 214. 214. M. 17 Reſpondens autem Jeſus, dixit ei: Beatus es Simon Bar-jona; quia caro & ſanguis non revelavit tibi, ſed Pater meus, qui in Cœlis eſt. 18 Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram † ædificabo Eccleſiam meam; & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam. 19 Et tibi dabo claves Regni Cœlorum: Et quodcumque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in Cœlis; & quodcumque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & in Cœlis.

† Art.491.

M. 20 Tunc præcepit diſcipulis ſuis, ut nemini dicerent quia ipſe eſſet Jeſus Chriſtus.

m 30 Et comminatus eſt eis, ne cui dicerent de illo.

L 21 At ille increpans illos, præcepit ne cui dicerent hoc;

Mortem suam prædicit.

M. 16. m. 8. L. 9.

215. M. 21 Exinde cœpit Jeſus oſtendere diſcipulis ſuis quia oporteret eum

m 31 Et cœpit docere eos quoniam oportet Filium hominis

L 22 dicens; quia oportet Filium hominis

§. 215.

M. ire Jeroſolymam, &

M. multa pati, m pati multa, L multa pati,

m. & reprobari L & reprobari

M. à ſenioribus, & Scribis, & Principibus Sacerdotũ; & occîdi, & tertia die reſurgere.

m à ſenioribus, & à ſummis Sacerdotibus, & Scribis; & occidi, & poſt tres dies reſurgere.

L à ſenioribus, & Principib⁹ Sacerdotũ, & Scribis; & occidi, & tertia die reſurgere. — 217

m. 32 Et palam verbum loquebatur.

216. M 22 Et aſſumens eum Petrus, cœpit increpare illum,

m. Et apprehendens eum Petrus, cœpit increpare eum,

§. 216.

M. dicens: Abſit à te, Domine: non erit tibi hoc.

M. 23 Qui converſus, m 33 Qui converſus,

m. & videns diſcipulos ſuos,

M dixit Petro:........ Vade p[illegible] me ſatana,

m. comminatus eſt Petro, dicens: Vade retro me ſatana;

M. ſcandalum es mihi:

L. 9.

M quia non ſapis ea quæ Dei ſunt, ſed ea quæ hominum.

m quoniam non ſapis quæ Dei ſunt, ſed quæ ſunt hominum.

§. 217.

217. M. 24 Tũc Jeſus dixit diſcipulis ſuis: Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. 25. Qui enim voluerit animam ſuam ſalvam facere, perdet eam: qui autem perdiderit animam ſuam propter me, inveniet eam. 26 Quid enim prodeſt homini, ſi mundum univerſum lucretur,

m 34 Et cõvocata turba cum diſcipulis ſuis, dixit eis: Si quis vult me ſequi, deneget ſemetipſũ, & tollat crucẽ ſuã, & ſequatur me. 35 Qui enim voluerit animã ſuã ſalvam facere, perdet eam: qui autem perdiderit animã ſuam propter me & Evangeliũ ſalvã faciet eam. 36 Quid enim proderit homini, ſi lucretur mundum totum,

L 23 Dicebat autem.................. ad omnes: Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipsũ, & tollat crucẽ ſuam quotidie, & ſequatur me. 24 Qui enim voluerit animam ſuam ſalvã facere, perdet illam: Nam qui perdiderit animam ſuam propter me, ſalvam faciet illam. 25 Quid enim proficit homo, ſi lucretur univerſum mundum,

L. ſe autem ipſum perdat,

M animæ vero ſuæ detrimentum patiatur?

m. & detrimentum animæ ſuæ faciat?

L & detrimẽtum ſui faciat?

M. Aut quam dabit homo commutationem pro anima ſua?

m 37 Aut quid dabit homo commutationis pro anima ſua?

m. 38 Qui enim me cõfuſus fuerit & verba mea

L 26 Nam qui me erubuerit & ſermones meos

m. in generatione iſta adultera & peccatrice,

m & Filius hominis confundetur eum, cum venerit in gloria Patris ſui cum Angelis ſanctis.

L. hunc Filius hominis erubeſcet, cum venerit in majeſtate ſua, & Patris, & ſanctorum Angelorum:

M. 27 Filius enim hominis venturus eſt in gloria Patris ſui cum Angelis ſuis; & tunc reddet unicuique ſecundum opera ejus.

m. 39 Et dicebat illis:

M. 28 Amen dico vobis: ſunt quidã de hîc ſtantibus, qui non guſtabũt mortem, donec videant

m Amen dico vobis, quia ſunt quidam de hîc ſtantibus, qui non guſtabunt mortem, donec videant

L. 27 Dico autem vobis: Vere ſunt aliqui hîc ſtantes, qui non guſtabunt mortem, donec videant

m. regnum Dei L regnum Dei.

m. veniens in virtute, * — 219 * &

M. Filium hominis venientem in regno ſuo. — 219

M. 17. m. 9.

218. M. 10 Et interrogaverunt eum diſcipuli, dicentes: Quid ergo Scribæ dicũt quod Eliam oporteat primum venire? 11 At ille reſpondẽs, ait eis: Elias quidem

m 10 Et interrogabant eũ, dicentes: Quid ergo dicunt Phariſæi & Scribæ quia † Eliã oportet venire primũ? 11 Qui reſpondens, ait illis: Elias — b

§. 218.

† Mal. 4. 5.

m. a primò — c

M. venturus eſt, &

m. b cum venerit, — a

M. reſtituet omnia: m c reſtituet omnia:

m. &, quomodo † ſcriptum eſt in Filium hominis, ut multa patiatur & contemnatur. † Iſ. 53.

M. 12 Dico autem vobis, quia † Elias jam venit,

m 12 Sed dico vobis, quia & Elias venit,

† Art. 138.

M. & non cognoverunt eum,

† A:t. 56. & 185.

M ſed † fecerunt in eo quæcumque voluerunt,

m & fecerunt illi quæcumque voluerunt,

m. ſicut ſcriptum eſt de eo. — 221

M. Sic & Filius hominis paſſurus eſt ab eis. 13 Tunc intellexerunt diſcipuli quia de Joanne Baptiſta dixiſſet eis. — 221

TRANSFIGURATUR.

M. 17. m. 9. L. 9.

§. 219.

219. M 1 Et poſt dies ſex aſſumit Jeſus Petrum, & Jacobum, & Joãnem

m 1 Et poſt dies ſex aſſumit Jeſus Petrum, & Jacobum, & Joãnem;

L. 28 Factũ eſt autẽ poſt hæc verba fere dies octo, & aſſũpſit Petrum, & Jacobũ, & Joãnem

M. fratrem ejus;

M & ducit illos in montẽ excelſum ſeorſum;

m. & ducit illos in montem excelſum ſeorſum ſolos;

L. & aſcendit in montem ut oraret. 29 Et — b
a dum oraret, — c

M 2 & transfiguratus eſt ante eos.

m & transfiguratus eſt coram ipſis.

L. b Facta eſt — a c ſpecies vultus ejus altera,

M & reſplenduit facies ejus ſicut ſol;

M. veſtimenta autem ejus facta ſunt alba ſicut nix.

m 2 & veſtimenta ejus facta ſunt ſplendentia, & candida nimis velut nix,

L & veſtitus ejus albus & refulgens.

m. qualia fullo non poteſt ſuper terram candida facere.

L. 30 Et ecce duo viri loquebantur cum illo (erant autem Moyſes & Elias) 31 viſi in majeſtate: & dicebant exceſ-

ſum ejus, quem completurus erat in Jeruſalem. 32 Petrus vero, & qui cum illo erant, gravati erant ſomno. Et evigilantes, viderunt majeſtatem ejus, &

M 3 Et ecce apparuerunt illis Moyſes & Elias cum eo loquentes.	m 3 Et apparuit illis Elias cum Moyſe, & erant loquentes cum Jeſu.	L. duos viros qui ſtabant cum illo.

L. 33 Et factum eſt cum diſcederent ab illo,

M 4 Reſpōdens autē Petrus dixit ad Jesū: Domine, bonum eſt nos hîc eſſe:	m 4 Et reſpōdens Petrus, ait Jeſu: Rabbi, bonum eſt nos hîc eſſe:	L ait Petr⁹ ad Jeſū: Præceptor, bonū eſt nos hîc eſſe:

M. ſi vis,

M. faciamus hîc tria tabernacula, tibi unum, Moyſi unum, & Eliæ unum:	m & faciamus tria tabernacula, tibi unum, & Moyſi unum, & Eliæ unum:	& faciamus tria tabernacula, unum tibi, & unum Moyſi, & unum Eliæ:

m. 5 Non enim ſciebat quid diceret;	L neſciens quid diceret.

m. Erant enim timore exterriti.

220. M. 5 Adhuc eo loquente,	L 34 Hæc autem illo loquente, §. 220.

M. ecce nubes lucida obumbravit eos:	m 6 Et facta eſt nubes obumbrans eos:	L facta eſt nubes, & obumbravit eos:

L. & timuerunt, intrantibus illis in nubem.

M. Et ecce vox de nube dicens: Hic eſt Filius meus dilectus,	m & venit vox de nube dicens: Hic eſt Filiu me⁹ chariſſimus,	L 35 Et vox facta eſt de nube dicēs: Hic eſt Fili⁹ meus dilectus,

M. in quo mihi bene complacui;

M. ipſum audite. m audite illum. L ipſum audite.

L. 36 Et dum fieret vox, inventus eſt Jeſus ſolus.

M. 6 Et audientes diſcipuli, ceciderunt in faciem ſuam, & timuerunt valde. 7 Et acceſſit Jeſus, & tetigit eos; dixitque eis: Surgite, & nolite timere. 8 Levantes autem oculos ſuos,

m. 7 & ſtatim circumſpicientes,

M neminem viderunt, niſi ſolum Jeſum. 9 Et deſcendentibus illis de monte, præcepit eis.................. Jeſus, dicens: Nemini dixeritis viſionem, donec Filius hominis à mortuis reſurgat. — 218

m. neminem amplius viderunt, niſi Jeſum tantum ſecum. 8 Et deſcendentibus illis de monte, præcepit illis ne cuiquam quæ vidiſſent narrarent, niſi cum Filius hominis à mortuis reſurrexerit.

Et verbum continuerunt apud ſe,

L Et ipſi tacuerunt,

m. conquirentes quid eſſet, Cum à mortuis reſurrexerit; — 218

L. & nemini dixerunt in illis diebus quidquam ex his quæ viderant.

Dæmoniacum lunaticum et mutum curat.

M. 17. m. 9. L. 9.

§ 221. 221. L. 37 Factum eſt autem in ſequenti die, deſcendentibus illis de monte,

M. 14 & cum veniſſet m 13 Et veniens

m. ad diſcipulos ſuos,

M ad turbam, m. vidit turbam magnam L occurrit illis turba multa.

m. circa eos, & Scribas conquirentes cum illis. 14 Et
confeſtim omnis populus videns Jeſum, ſtupefactus eſt,
& expaverunt, & accurrentes ſalutabant eum. 15 Et inter-
rogavit eos: Quid inter vos conquiritis? 16 Et — b

L. 38 Et ecce

M accesſit ad eum

m. a unus

M. homo L vir

m. de turba — c L de turba

M. genibus provolutus ante eum, * * &

L. exclamavit,

M. dicens: Domine,	m b reſpondens, — a c dixit: Magiſter,	L dicens: Magiſter;

m. attuli filium meum ad te, habentem ſpiritum mutum:

L. obſecro te,

M miſerere filio meo; quia	L. reſpice in filium m eum; quia

L. unicus eſt mihi; 39 & ecce

M. lunaticus eſt, & male patitur: nam ſæpe cadit in
ignem, & crebro in aquam; 15 &

m 17 qui ubicumque eum apprehenderit, allidit illũ,	L. ſpiritus apprehendit eũ, -b a & elidit,

L. & diſſipat eum; — c b & ſubito clamat, — a

m. & ſpumat, L c cum ſpuma;

m. & ſtridet dentibus, & areſcit;

L. 9. L. & vix diſcedit dilanians eum.

M obtuli eum diſcipulis tuis, & non potuerunt curare eum.

m Et dixi diſcipulis tuis ut ejicerent illum, & non potuerunt.

L. 40 Et rogavi diſcipulos tuos ut ejicerent illum, & non potuerunt.

§. 222. 222. 16 Reſpondens autem Jeſus, ait: O generatio incredula

18 Qui reſpondens eis, dixit: O generatio incredula!

41 Reſpondens autem Jeſus, dixit: O generatio infidelis

M. & perverſa! L & perverſa!

M quouſq; ero vobiſcum? uſquequo patiar vos? Afferte huc illum ad me:

m quamdiu apud vos ero? quamdiu vos patiar? Afferte illum ad me:

L uſquequo ero apud vos, & patiar vos? Adduc huc filium tuum.

m. 19 Et attulerunt eum.

L. 42 Et cum accederet,

m. & cum vidiſſet eum, ſtatim ſpiritus conturbavit illum, &

L. eliſit illum dæmonium, & diſſipavit; 43 &

m. eliſus in terram, volutabatur ſpumans. 20 Et interrogavit patrem ejus: Quantum temporis eſt ex quo ei hoc accidit? At ille ait: Ab infantia; 21 & frequenter eum in ignem & in aquas miſit, ut eum perderet: ſed ſi quid potes, adjuva nos, miſertus noſtri. 22 Jeſus autem ait illi: Si potes credere, omnia poſſibilia ſunt credenti. 23 Et continuo exclamans pater pueri, cum lacrimis aiebat: Credo, Domine; adjuva incredulitatem meam. 24 Et cum videret Jeſus concurrentem turbam,

M 17 Et increpavit illum Jeſus,

m. comminatus eſt ſpiritui immundo,

L increpavit Jeſus ſpiritum immundum,

m. dicens

m. dicens illi : Surde & mute ſpiritus, ego præcipio tibi, exi ab eo, & amplius ne introeas in eum. 25 Et exclamans, & multum diſcerpens eum,

M. & exiit ab eo dæmonium; m. exiit ab eo;

m. & factus eſt ſicut mortuus, ita ut multi dicerent; Quia mortuus eſt. 26 Jeſus autem tenens manum ejus, elevavit eum; & ſurrexit,

M. & curatus eſt puer ex illa hora; L. & ſanavit puerũ,

L. & reddidit illum patri ejus. 44 Stupebant autem omnes in magnitudine Dei. — 224

M. 17. m. 9. L. 17.

223. m. 27 Et cum introiſſet in domum, §. 223.

M. 18 Tunc acceſſerunt diſcipuli ad Jeſum ſecreto, & dixerunt: Quare nos non potuimus ejicere illum? 19 Dixit illis Jeſus:

m. diſcipuli ejus ſecreto interrogabant eũ: Quare nos non potuimus ejicere eum? 28 Et dixit illis:

M. Propter incredulitatem veſtram.

L. 5 Et dixerunt Apoſtoli Domino: Adauge nobis fidem. 6 Dixit autem Dominus:

M. Amen quippe dico vobis:

M. Si habueritis fidem ſicut granum ſinapis,

L. Si habueritis fidem ſicut granum ſinapis,

L. dicetis huic arbori moro: Eradicare, & tranſplantare in mare; & obediet vobis: — 361

M. dicetis monti huic: Tranſi hinc illuc; & tranſibit, & nihil impoſſibile erit vobis.

M. 20 Hoc autem genus non ejicitur, niſi per orationem & jejunium.

m. Hoc genus in nullo poteſt exire, niſi in oratione & jejunio.

Mortem suam prædicit.

M. 17. m. 9. L. 9.

§. 224. 224. m. 29 Et inde profecti, prætergrediebantur Galilæam: nec volebat quemquam ſcire,

M. 21 Converſantibus autem eis in Galilæa,

L. omnibuſque mirantibus in omnibus quæ faciebat,

m. 30 docebat autem diſcipulos ſuos,

M dixit illis Jeſus:

m. & dicebat illis:

L dixit ad diſcipulos ſuos:

L. Ponite vos in cordibus veſtris ſermones iſtos:

M Filius hominis tradendus eſt in manus hominum;

m. Quoniam Filius hominis tradetur in manus hominum;

L Filius enim hominis futurũ eſt ut tradatur in manus hominum.

M 22 & occident eum, & tertia die reſurget,

m. & occident eum, & occiſus, tertia die reſurget.

m 31 At illi ignorabant verbum:

L. 45 At illi ignorabant verbum iſtud,

L. & erat velatum ante eos, ut non ſentirent illud:

m & timebant interrogare eum.

L. & timebant eum interrogare de hoc verbo. — 226

M. Et contriſtati ſunt vehementer.

Tributum solvit.

M. 17. m. 9.

§. 225. 225. M. 23 Et cum veniſſent Capharnaum,

m 32 Et venerunt Capharnaum.

M. acceſſerunt qui didrachma accipiebant, ad Petrum;
& dixerunt ei: Magiſter veſter non ſolvit didrachma?
24 Ait: Etiam. Et cum intraſſet in domum, prævenit
eum Jeſus, dicens: Quid tibi videtur, Simon? Reges
terræ à quibus accipiunt tributum vel cenſum? à filiis
ſuis, an ab alienis? 25 Et ille dixit: Ab alienis. Dixit
illi Jeſus: Ergo liberi ſunt filii. 26 Ut autem non ſcanda-
lizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum; & eum piſ-
cem, qui primus aſcenderit, tolle; & aperto ore ejus, in-
venies ſtaterem: illum ſumens da eis pro me & te.

APOSTOLORUN AMBITIONEM REPRIMIT.

M. 18. m. 9. L. 9.

226. L. 46 Intravit autem cogitatio in eos quis eorum ma- §. 226.
jor eſſet. 47 At Jeſus videns cogitationes cordis illorum,

m Qui cum domi eſſent, interrogabat eos: Quid in
via tractabatis? 33 At illi tacebant; ſiquidem in via in-
ter ſe diſputaverant, quis eorum major eſſet. 34 Et re-
ſidens vocavit duodecim.

M. 1 In illa hora acceſſerunt diſcipuli ad Jeſum, dicen-
tes: Quis, putas, major eſt in Regno Cœlorum?

m. Et ait illis: Si quis vult primus eſſe, erit omnium
noviſſimus, & omnium miniſter.

M. 2 Et advocans,

m. 35 & accipiens L apprehendit

M. Jeſus parvulum, ſtatuit eum | m puerum, ſtatuit eum | L puerum, & ſtatuit illum

M. in medio eorum m in medio eorum;

L. ſecus ſe;

m. quem cum complexus eſſet,

M 3 & dixit: m. ait illis: L 48 & ait illis:

L. 9. M. Amen dico vobis, niſi converſi fueritis, & efficiamini ſicut parvuli, non intrabitis in Regnum Cœlorum. 4 Quicumque ergo humiliaverit ſe ſicut parvulus iſte, hic eſt major in Regno Cœlorum: 5 Et

M qui ſuſceperit unum parvulum talem in nomine meo, me ſuſcipit. — 229

m. 36 quiſquis unũ ex hujuſmodi pueris receperit in nomine meo, me recipit:

L Quicumque ſuſceperit puerum iſtum in nomine meo, me recipit:

m. & quicumque me ſuſceperit, non me ſuſcipit, ſed eum qui miſit me.

L & quicumque me receperit, recipit eum qui me miſit.

L. Nam qui minor eſt inter vos omnes, hic major eſt.

§. 227. 227. m 37 Reſpõdit illi Joannes, dicens: Magiſter, vidimus quemdam in nomine tuo ejicientem dæmonia, qui non ſequitur nos, & prohibuimus, eum. 38 Jeſus autem ait: Nolite prohibere

L. 49 Reſpõdens autem Joannes, dixit: Præceptor, vidimus quemdam in nomine tuo ejicientem dæmonia, & prohibuimus eum; quia non ſequitur nobiſcum. 50 Et ait ad illum Jeſus: Nolite prohibere

m. eum: nemo eſt enim qui faciat virtutem in nomine meo, & poſſit cito male loqui de me:

m. 39 qui enim non eſt adverſum vos, pro vobis eſt.

L qui enĩ non eſt adverſum vos, pro vobis eſt. — 312

m. 40 Quiſquis enim potum dederit vobis calicem aquæ in nomine meo, quia Chriſti eſtis, amen dico vobis, non perdet mercedem ſuam.

De scandalo.

M. 18. m. 9. L. 17.

§. 228. 228. L. 1 Et ait ad diſcipulos ſuos:

M. 7 Væ mundo à ſcandalis.

M neceſſe eſt enim ut..... veniant ſcandala: verumtamen væ homini illi per quem ſcandalum venit. — 231

L. Impoſſibile eſt ut non veniant ſcandala: væ autem illi per quem veniunt.

229 M. 6 Qui autem ſcandalizaverit unum de puſillis iſtis, qui in me credunt, expedit ei ut ſuſpendatur mola aſinaria in collo ejus, & demergatur in profundum maris. — 228 §. 229.

m 41 Et quiſquis ſcandalizaverit unum ex his puſillis credentibus in me, bonum eſt ei magis ſi circumdaretur mola aſinaria collo ejus, & in mare mitteretur.

L 2 Utilius eſt illi ſi lapis molaris imponatur circa collum ej⁹, & projiciatur in mare, quam ut ſcandalizet unum de puſillis iſtis.

230. M. 10 Videte ne contemnatis unum ex his puſillis: dico enim vobis quia Angeli eorum in Cœlis ſemper vident faciem Patris mei, qui in Cœlis eſt. 11 Venit enim Filius hominis ſalvare quod perierat. 12 Quid vobis videtur? Si fuerint alicui centum oves, & erraverit una ex eis, nonne relinquit nonaginta-novem in montibus, & vadit quærere eam quæ erravit? 13 Et ſi contigerit ut inveniat eam, amen dico vobis, quia gaudet ſuper eam magis quam ſuper nonaginta-novem, quæ non erraverunt. 14 Sic non eſt voluntas ante Patrem veſtrum, qui in Cœlis eſt, ut pereat unus de puſillis iſtis. — 232 §. 230.

231. M. 8 Si autem manus tua vel pes tuus ſcandalizat te, abſcinde eum & projice abs te: bonum tibi eſt ad vitam ingredi debilem vel claudum, quam duas manus vel duos pedes habentem mitti in ignem æternum. §. 231.

m 42 Et ſi ſcandalizaverit te manus tua, abſcinde illam: bonum eſt tibi debilem introire in vitam, quam duas manus habentem ire in gehennam, in ignem inextinguibilem; 43 ubi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. 44 Et ſi pes tuus te ſcandalizat, amputa illum: bonum eſt tibi claudum introire in vitam æternam, quam duos pedes habentem mitti in gehennam ignis inextinguibilis;

m. 45 ubi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur.

M. 9 Et ſi oculus tuus ſcandalizat te, erue eum & projice abs te: bonum tibi eſt cum uno oculo in vitam intrare, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis; — 230

m 46 Quod ſi oculus tuus ſcandalizat te, ejice eum: bonum eſt tibi luſcum introire in Regnum Dei, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis;

m. 47 ubi vermis eorum non moritur, & ignis non ex-
† Lev. 2. 13. tinguitur. 48 Omnis enim igne ſalietur, & † omnis victima ſale ſalietur. 49 Bonum eſt ſal; quod ſi ſal inſulſum fuerit, in quo illud condietis? Habete in vobis ſal, & pacem habete inter vos. — 235

De correptione fraterna et condonatione.

M. 18. L. 17.

§. 232. 232. L. 3 Attendite vobis:

M. 15 Si autem peccaverit in te frater tuus, vade, & corripe eum

L Si peccaverit in te frater tuus, increpa illũ:

M. inter te & ipſum ſolum: ſi te audierit,

L. & ſi pœnitentiam egerit,

M. lucratus eris fratrem tuum:

L. dimitte illi. 4 Et ſi ſepties in die peccaverit in te, & ſepties in die converſus fuerit ad te, dicens; Pœnitet me; dimitte illi. — 223.

M. 16 Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc unum vel duos, ut in ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbum. 17 Quod ſi non audierit eos, dic Eccleſiæ: ſi autem Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus.

§. 233. 233. 18 Amen dico vobis, † quæcumque alligaveritis
† Act. 487. ſuper terram, erunt ligata & in Cœlo: & quæcumque ſolveritis ſuper terram, erunt ſoluta & in Cœlo. 19 Iterum dico vobis; quia ſi duo ex vobis conſenſerint ſuper

terram de omni re, quamcumque petierint, fiet illis à Pa-
tre meo, qui in Cœlis eſt. 20 Ubi enim ſunt duo vel
tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum.

234. 21 Tunc accedens Petrus ad eum, dixit: Domine,
quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? uſ- §. 234.
que † ſepties? 22 Dicit illi Jeſus: Non tibi dico, uſque † Att. 232.
ſepties; ſed uſque ſeptuagies ſepties. 23 Ideo aſſimila-
tum eſt Regnum Cœlorum homini Regi, qui voluit ra-
tionem ponere cum ſervis ſuis. 24 Et cum cœpiſſet ra-
tionem ponere, oblatus eſt ei unus, qui debebat ei de-
cem millia talenta. 25 Cum autem non haberet unde red-
deret, juſſit eum dominus ejus vænumdari, & uxorem ejus,
& filios, & omnia quæ habebat, & reddi. 26 Procidens
autem ſervus ille, orabat eum dicẽs: Patientiam habe in me,
& omnia reddam tibi. 27 Miſertus autem dominus ſervi
illius, dimiſit eum, & debitum dimiſit ei. 28 Egreſſus au-
tem ſervus ille, invenit unum de conſervis ſuis, qui de-
bebat ei centum denarios: & tenens ſuffocabat eum, di-
cens: Redde quod debes. 29 Et procidens conſervus ejus,
rogabat eum, dicens: Patientiam habe in me, & omnia
reddam tibi. 30 Ille autem noluit: ſed abiit, & miſit eum
in carcerem, donec redderet debitum. 31 Videntes autem
conſervi ejus quæ fiebant, contriſtati ſunt valde: & ve-
nerunt, & narraverunt domino ſuo omnia quæ facta fue-
rant. 32 Tunc vocavit illum dominus ſuus, & ait illi:
Serve nequam, omne debitum dimiſi tibi, quoniam ro-
gaſti me: 33 Nonne ergo oportuit & te miſereri con-
ſervi tui, ſicut & ego tui miſertus ſum? 34 Et iratus
dominus ejus tradidit eum tortoribus, quoadusque red-
deret univerſum debitum. 35 Sic & Pater meus cœleſtis
faciet vobis, ſi non remiſeritis unuſquiſque fratri ſuo
de cordibus veſtris.

SECTIO VIII.

ASCENDIT JESUS AD FESTUM TABERNACULORUM.

M. 19. m. 10. J. 7.

§. 235. 235. M. 1 Et factum eſt, cum conſummaſſet Jeſus ſermones iſtos,

J. 2 erat autem in proximo dies feſtus Judæorum, Scenopegia. 3 Dixerunt autem ad eum fratres ejus: Tranſi hinc, & vade in Judæam, ut & diſcipuli tui videant opera tua, quæ facis: 4 Nemo quippe in occulto quid facit, & quærit ipſe in palam eſſe: ſi hæc facis, manifeſta teipſum mundo. 5 Neque enim fratres ejus credebant in eum. 6 Dixit ergo eis Jeſus: Tempus meum nondum advenit: tempus autem veſtrum ſemper eſt paratum. 7 Non poteſt mundus odiſſe vos: me autem odit, quia ego teſtimonium perhibeo de illo, quod opera ejus mala ſunt. 8 Vos aſcendite ad diem feſtum hunc, ego autem non aſcendo ad diem feſtum iſtum: quia meum tempus nondum impletum eſt. 9 Hæc cum dixiſſet, ipſe manſit in Galilæa. 10 Ut autem aſcenderunt fratres ejus, tunc & ipſe

M. migravit à Galilæa, & — 278 m. 1 Et inde exurgens; — 278

J. aſcendit ad diem feſtum, non manifeſte, ſed quaſi in occulto. — 237

DECEM LEPROSOS MUNDAT.

L. 17.

§. 236. 236. 11 Et factum eſt, dum iret in Jeruſalem, tranſibat per mediam Samariam & Galilæam. 12 Et cum ingrederetur quoddam caſtellum, occurrerunt ei decem viri leproſi, qui ſteterunt à longe, 13 & levaverunt vocem, dicentes: Jeſu præceptor, miſerere noſtri. 14 Quos

† Lev. 14. 2. ut vidit, dixit: Ite, † oſtendite vos Sacerdotibus. Et

factum eſt, dum irent mundati ſunt. 15 Unus autem ex
illis, ut vidit quia mundatus eſt, regreſſus eſt, cum
magna voce magnificans Deum; 16 & cecidit in faciem
ante pedes ejus, gratias agens: & hic erat Samarita-
nus. 17 Reſpondens autem Jeſus, dixit: Nonne decem
mundati ſunt? & novem ubi ſunt? 18 Non eſt inven-
tus qui rediret, & daret gloriam Deo, niſi hic alie-
nigena. 19 Et ait illi: Surge, vade; quia fides tua te
ſalvum fecit. — 352

Docet in Templo.

J. 7.

237. 11 Judæi ergo quærebant eum in die feſto, & §. 237.
dicebant: Ubi eſt ille? 12 Et murmur multum erat
in turba de eo. Quidam enim dicebant: Quia bonus
eſt. Alii autem dicebant: Non; ſed ſeducit turbas. 13
Nemo tamen palam loquebatur de illo, propter metum
Judæorum. 14 Jam autem die feſto mediante, aſcendit
Jeſus in Templum, & docebat. 15 Et mirabantur Ju-
dæi, dicentes: Quomodo hic literas ſcit, cum non di-
dicerit? 16 Reſpondit eis Jeſus, & dixit: Mea doctri-
na non eſt mea, ſed ejus qui miſit me. 17 Si quis vo-
luerit voluntatem ejus facere, cognoſcet de doctrina,
utrum ex Deo ſit, an ego à meipſo loquar. 18 Qui à
ſemetipſo loquitur, gloriam propriam quærit: qui au-
tem quærit gloriam ejus, qui miſit eum, hic verax
eſt, & injuſtitia in illo non eſt. 19 Nonne Moyſes de-
dit vobis legem; & nemo ex vobis facit legem? 20 Quid
† me quæritis interficere? Reſpondit turba, & dixit: † Art. 94.
Dæmonium habes: quis te quærit interficere? 21 Reſ-
pondit Jeſus, & dixit eis: † Unum opus feci, & om- † Art. 93.
nes miramini. 22 Propterea, Moyſes † dedit vobis cir- † Lev. 12. 3.
cumciſionem (non quia ex Moyſe eſt, ſed ex † patri- † Gen. 17. 10.
bus) & in Sabbato circumciditis hominem. 23 Si cir-
cumciſionem accipit homo in Sabbato, ut non ſolva-
tur lex Moyſi; mihi indignamini, quia † totum ho- † Art. 93.
minem ſanum feci in Sabbato? 24 Nolite judicare ſe-
cundum faciem, ſed juſtum judicium judicate.

238. 25 Dicebant ergo quidam ex Jeroſolymis: Non- §. 238.
ne hic eſt quem quærunt interficere? 26 Et ecce palam

loquitur, & nihil ei dicunt. Numquid vere cognoverunt
Principes quia hic eſt Chriſtus? 27 Sed hunc ſcimus unde
ſit: Chriſtus autem cum venerit, nemo ſcit unde ſit.
28 Clamabat ergo Jeſus in Templo docens, & dicens:
Et me ſcitis, & unde ſim ſcitis: & à meipſo non veni,
ſed eſt verus, qui miſit me, quem vos neſcitis. 29 Ego
ſcio eum, quia ab ipſo ſum, & ipſe me miſit. 30 Quærebant ergo eum apprehendere; & nemo miſit in illum
manus, quia nondum venerat hora ejus. 31 De turba
autem multi crediderunt in eum, & dicebant: Chriſtus cum
venerit, numquid plura ſigna faciet, quam quæ hic facit?

§. 239. 239. 32 Audierunt Phariſæi turbam murmurantem de
illo hæc: & miſerunt Principes & Phariſæi miniſtros,
ut apprehenderent eum. 33 Dixit ergo eis Jeſus: Adhuc
modicum tempus vobiſcum ſum; & vado ad eum qui
me miſit. 34 Quæretis me, & non invenietis; & ubi
ego ſum, vos non poteſtis venire. 35 Dixerunt ergo Judæi ad ſemetipſos: Quo hic iturus eſt, quia non inveniemus eum? numquid in diſperſionem Gentium iturus eſt,
& docturus Gentes? 36 Quis eſt hic ſermo, quem dixit:
Quæretis me, & non invenietis; & ubi ſum ego, vos
non poteſtis venire?

§. 240. 240. 37 In noviſſimo autem die magno feſtivitatis ſtabat Jeſus, & clamabat, dicens: Si quis ſitit, veniat
ad me, & bibat. 38 Qui credit in me, ſicut dicit Scri-
† Joel. 2. 28 ptura, † flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ. 39
Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum: nondum enim erat Spiritus datus, quia
Jeſus nondum erat glorificatus.

§. 241. 241. 40 Ex illa ergo turba, cum audiſſent hos ſermones ejus, dicebant: Hic eſt vere Propheta. 41 Alii dicebant: Hic eſt Chriſtus. Quidam autem dicebant: Numquid à Galilæa venit Chriſtus? 42 Nonne Scriptura di-
† Mich. 5. 2. cit quia ex ſemine David, & de † Bethleem caſtello,
ubi erat David, venit Chriſtus? 43 Diſſenſio itaque
facta eſt in turba propter eum. 44 Quidam autem ex ipſis volebant apprehendere eum: ſed nemo miſit ſuper
eum manus.

§. 242. 242 45 Venerunt ergo miniſtri ad Pontifices & Pha-

riſæos ; & dixerunt eis illi : Quare non adduxiſtis il-
lum ? 46 Reſponderunt miniſtri : Numquam ſic locutus
eſt homo , ſicut hic homo. 47 Reſponderunt ergo eis
Phariſæi : Numquid & vos ſeducti eſtis ? 48 Numquid
ex principibus aliquis credidit in eum , aut ex Phari-
ſæis ? 49 ſed turba hæc, quæ non novit legem , male-
dicti ſunt. 50 Dixit Nicodemus ad eos, (ille qui † ve- † Art. 52.
nit ad eum nocte , qui unus erat ex ipſis :) 51 Num-
quid lex noſtra judicat hominem , niſi prius audierit ab
ipſo , & cognoverit quid faciat ? 52 Reſponderunt &
dixerunt ei : Numquid & tu Galilæus es ? Scrutare Scri-
turas , & vide quia à Galilæa Propheta non ſurgit. 53
Et reverſi ſunt unuſquiſque in domum ſuam.

Mulier adultera ad Jesum adducta.

J. 8.

243. 1 Jeſus autem perrexit in montem Oliveti : 2 & §. 243.
diluculo iterum venit in Templum ; & omnis populus
venit ad eum, & ſedens docebat eos. 3 Adducunt au-
tem Scribæ & Phariſæi mulierem in adulterio depre-
henſam : & ſtatuerunt eam in medio, 4 & dixerunt ei :
Magiſter , hæc mulier modo deprehenſa eſt in adulte-
rio. 5 In † lege autem Moyſes mandavit nobis hujuſ- † Lev. 20.10
modi lapidare : tu ergo quid dicis ? 6 Hoc autem di-
cebant tentantes eum , ut poſſent accuſare eum. Jeſus
autem inclinans ſe deorſum , digito ſcribebat in terra.
7 Cum ergo perſeverarent interrogantes eum , erexit ſe,
& dixit eis : Qui ſine peccato eſt veſtrûm primus in il-
lam lapidem mittat. 8 Et iterum ſe inclinans , ſcribe-
bat in terra. 9 Audientes autem unus poſt unum exibant,
incipientes à ſenioribus : & remanſit ſolus Jeſus , &
mulier in medio ſtans. 10 Erigens autem ſe Jeſus , di-
xit ei : Mulier, ubi ſunt qui te accuſabant ? Nemo te
condemnavit ? 11 Quæ dixit : Nemo , Domine. Dixit
autem Jeſus : Nec ego te condemnabo : Vade , & jam
amplius noli peccare.

Iterum in Templo docet.

J. 8.

244. 12 Iterum ergo locutus eſt eis Jeſus, dicens : §. 244.

Ego ſum lux mundi: qui ſequitur me, non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ. 13 Dixerunt ergo ei Phariſæi: Tu de teipſo teſtimonium perhibes; teſtimonium tuum non eſt verum 14 Reſpondit Jeſus, & dixit eis: Et ſi ego teſtimonium perhibeo de meipſo, verum eſt teſtimonium meum; quia ſcio unde veni, & quo vado; vos autem neſcitis unde venio, aut quo vado. 15 Vos ſecundum carnem judicatis: ego non judico quemquam; 16 & ſi judico ego, judicium meum

† Deut. 17. 6 verum eſt, quia ſolus non ſum, ſed ego, & qui miſit me Pater. 17 Et in † lege veſtra ſcriptum eſt, quia duorum hominum teſtimonium verum eſt. 18 Ego ſum qui teſtimonium perhibeo de meipſo; & teſtimonium perhibet de me, qui miſit me, Pater. 19 Dicebant ergo ei: Ubi eſt pater tuus? Reſpondit Jeſus: Neque me ſcitis, neque Patrem meum: ſi me ſciretis, forſitan & Patrem meum ſciretis. 20 Hæc verba locutus eſt Jeſus in gazophylacio, docens in Templo; & nemo apprehendit eum, quia necdum venerat hora ejus.

§. 245. 245. 21 Dixit ergo iterum eis Jeſus: Ego vado, & quæretis me, & in peccato veſtro moriemini. Quo ego vado, vos non poteſtis venire. 22 Dicebant ergo Judæi: Numquid interficiet ſemetipſum, quia dixit; Quo ego vado, vos non poteſtis venire? 23 Et dicebat eis: Vos de deorſum eſtis; ego de ſupernis ſum: vos de mundo hoc eſtis; ego non ſum de hoc mundo. 24 Dixi ergo vobis quia moriemini in peccatis veſtris: ſi enim non credideritis quia ego ſum, moriemini in peccato veſtro.

§. 246. 246. 25 Dicebant ergo ei: Tu quis es? Dixit eis Jeſus: Principium qui & loquor vobis. 26 Multa habeo de vobis loqui, & judicare: ſed qui me miſit, verax eſt; & ego, quæ audivi ab eo, hæc loquor in mundo. 27 Et non cognoverunt quia Patrem ejus dicebat Deum. 28 Dixit ergo eis Jeſus: Cum exaltaveritis Filium hominis, tunc cognoſcetis quia ego ſum, & à meipſo facio nihil, ſed ſicut docuit me Pater, hæc loquor: 29 & qui me miſit, mecum eſt, & non reliquit me ſolum: quia ego, quæ placita ſunt ei, facio ſemper.

§. 247. 247. 30 Hæc illo loquente, multi crediderunt in eum.

31 Dicebat ergo Jeſus ad eos, qui crediderunt ei, Judæos:
Si vos manſeritis in ſermone meo, vere diſcipuli mei eri-
tis: 32 & cognoſcetis veritatem, & veritas liberabit vos.
33 Reſponderunt ei: Semen Abrahæ ſumus, & nemini ſer-
vivimus umquam: quomodo tu dicis, Liberi eritis? 34
Reſpondit eis Jeſus: Amen, amen dico vobis: quia omnis
qui facit peccatum, ſervus eſt peccati: 35 Servus autem
non manet in domo in æternum; filius autem manet in
æternum. 36 Si ergo vos Filius liberaverit, vere liberi eri-
tis. 37 Scio quia filii Abrahæ eſtis: ſed quæritis me in-
terficere, quia ſermo meus non capit in vobis. 38 Ego
quod vidi apud Patrem meum, loquor: & vos, quæ vidi-
ſtis apud patrem veſtrum, facitis.

248. 39 Reſponderunt & dixerunt ei: Pater noſter Abra- §. 248.
ham eſt. Dicit eis Jeſus: Si filii Abrahæ eſtis, opera Abra-
hæ facite. 40 Nunc autem quæritis me interficere, homi-
nem qui veritatem vobis locutus ſum, quam audivi à
Deo: hoc Abraham non fecit. 41 Vos facitis opera patris
veſtri. Dixerunt itaque ei: Nos ex fornicatione non ſu-
mus nati: unum Patrem habemus Deum. 42 Dixit ergo
eis Jeſus: Si Deus Pater veſter eſſet, diligeretis utique
me: ego enim ex Deo proceſſi, & veni: neque enim à
meipſo veni, ſed ille me miſit. 43 Quare loquelam meam
non cognoſcitis? quia non poteſtis audire ſermonem
meum. 44 Vos ex patre diabolo eſtis; & deſideria patris
veſtri vultis facere: ille homicida erat ab initio, & in ve-
ritate non ſtetit; quia non eſt veritas in eo: cum loqui-
tur mendacium, ex propriis loquitur; quia mendax eſt,
& pater ejus. 45 Ego autem ſi veritatem dico; non cre-
ditis mihi. 46 Quis ex vobis arguet me de peccato? Si
veritatem dico vobis, quare non creditis mihi? 47 Qui ex
Deo eſt, verba Dei audit: propterea vos non auditis,
quia ex Deo non eſtis.

249. 48 Reſponderunt ergo Judæi, & dixerunt ei: Nonne §. 249.
bene dicimus nos quia Samaritanus es tu, & † dæmonium
habes? 49 Reſpondit Jeſus: Ego dæmoniũ non habeo; ſed † Art. 237.
honorifico Patrem meum, & vos inhonoraſtis me. 50
Ego autem non quæro gloriam meam; eſt qui quærat,
& judicet. 51 Amen, amen dico vobis: ſi quis ſermonem
meum ſervaverit, mortem non videbit in æternum. 52
Dixerunt ergo Judæi: Nunc cognovimus quia dæmonium

habes. Abraham mortuus eſt, & Prophetæ; & tu dicis:
Si quis ſermonem meum ſervaverit, non guſtabit mor-
tem in æternum. 53 Numquid tu major es patre noſtro
Abraham, qui mortuus eſt? & Prophetæ mortui ſunt.
Quem teipſum facis? 54 Reſpondit Jeſus: Si ego glori-
fico meipſum, gloria mea nihil eſt: eſt Pater meus, qui
glorificat me, quem vos dicitis quia Deus veſter eſt:
55 & non cognoviſtis eum; ego autem novi eum; & ſi di-
xero quia non ſcio eum, ero ſimilis vobis, mendax: ſed
ſcio eum, & ſermonem ejus ſervo. 56 Abraham pater ve-
ſter exultavit ut videret diem meum: vidit, & gaviſus
eſt. 57 Dixerunt ergo Judæi ad eum: Quinquaginta annos
nondum habes, & Abraham vidiſti? 58 Dixit eis Jeſus:
Amen, amen dico vobis: antequam Abraham fieret, ego
ſum. 59 Tulerunt ergo lapides ut jacerent in eum: Jeſus
autem abſcondit ſe, & exivit de Templo.

Cæcum illuminat.

J. 9.

§. 250. 250. 1 Et præteriens Jeſus vidit hominem cæcum à na-
tivitate: 2 & interrogaverunt eum diſcipuli ejus: Rabbi,
quis peccavit, hic, aut parentes ejus, ut cæcus naſcere-
tur? 3 Reſpondit Jeſus: Neque hic peccavit, neque pa-
rentes ejus; ſed ut manifeſtentur opera Dei in illo. 4 Me
oportet operari opera ejus, qui miſit me, donec dies eſt;
venit nox, quando nemo poteſt operari: 5 quamdiu ſum
in mundo, lux ſum mundi. 6 Hæc cum dixiſſet, expuit
in terram, & fecit lutum ex ſputo, & linivit lutum ſuper
oculos ejus; 7 & dixit ei: Vade, lava in natatoria Siloe
(quod interpretatur Miſſus.) Abiit ergo, & lavit, & ve-
nit videns. 8 Itaque vicini, & qui viderant eum prius,
quia mendicus erat, dicebant: Nonne hic eſt, qui ſede-
bat, & mendicabat? Alii dicebant: Quia hic eſt. 9 Alii
autem: Nequaquam, ſed ſimilis eſt ei. Ille vero dicebat:
Quia ego ſum. 10 Dicebant ergo ei: Quomodo aperti ſunt
tibi oculi? 11 Reſpondit: Ille homo, qui dicitur Jeſus,
lutum fecit; & unxit oculos meos, & dixit mihi: Vade
ad natatoria Siloe, & lava. Et abii, lavi, & video. 12 Et
dixerunt ei: Ubi eſt ille? Ait: Neſcio.

§. 251. 251. 13 Adducunt eum ad Phariſæos, qui cæcus fuerat.

14 (Erat autem Sabbatum, quando lutum fecit Jeſus, &
aperuit oculos ejus.) 15 Iterum ergo interrogabant eum
Phariſæi quomodo vidiſſet. Ille autem dixit eis : Lutum
mihi poſuit ſuper oculos, & lavi, & video. 16 Dicebant
ergo ex Phariſæis quidam : Non eſt hic homo à Deo, qui
Sabbatum non cuſtodit. Alii autem dicebant : Quomodo
poteſt homo peccator hæc ſigna facere ? Et ſchiſma erat
inter eos. 17 Dicunt ergo cæco iterum : Tu quid dicis de
illo, qui aperuit oculos tuos ? Ille autem dixit : Quia
Propheta eſt. 18 Non crediderunt ergo Judæi de illo, quia
cæcus fuiſſet, & vidiſſet, donec vocaverunt parentes ejus,
qui viderat : 19 & interrogaverunt eos, dicentes : Hic
eſt filius veſter, quem vos dicitis quia cæcus natus eſt ?
quomodo ergo nunc videt ? 20 Reſponderunt eis parentes
ejus, & dixerunt : Scimus quia hic eſt filius noſter, &
quia cæcus natus eſt : 21 quomodo autem nunc videat,
neſcimus ; aut quis ejus aperuit oculos, nos neſcimus :
ipſum interrogate, ætatem habet, ipſe de ſe loquatur.
22 Hæc dixerunt parentes ejus, quoniam timebant Ju-
dæos : jam enim conſpiraverant Judæi, ut ſi quis eum
confiteretur eſſe Chriſtum, extra Synagogam fieret : 23
propterea parentes ejus dixerunt ; Quia ætatem habet,
ipſum interrogate.

252. 24 Vocaverunt ergo rurſum hominem qui fuerat §. 252.
cæcus, & dixerunt ei : Da gloriam Deo : nos ſcimus quia
hic homo peccator eſt. 25 Dixit ergo eis ille : Si peccator
eſt, neſcio ; unum ſcio, quia cæcus cum eſſem, modo
video. 26 Dixerunt ergo illi : Quid fecit tibi ? quomodo
aperuit tibi oculos ? 27 Reſpondit eis : Dixi vobis jam, &
audiſtis : quid iterum vultis audire ? numquid & vos vul-
tis diſcipuli ejus fieri ? 28 Maledixerunt ergo ei, & dixe-
runt : Tu diſcipulus illius ſis ; nos autem Moyſi diſcipuli
ſumus : 29 nos ſcimus quia Moyſi locutus eſt Deus ; hunc
autem neſcimus unde ſit. 30 Reſpondit ille homo, & di-
xit eis : In hoc enim mirabile eſt, quia vos neſcitis un-
de ſit, & aperuit meos oculos : 31 ſcimus autem quia pec-
catores Deus non audit ; ſed ſi quis Dei cultor eſt, & vo-
luntatem ejus facit, hunc exaudit. 32 A ſeculo non eſt
auditum quia quis aperuit oculos cæci nati. 33 Niſi eſſet
hic à Deo, non poterat facere quidquam. 34 Reſponde-
runt & dixerunt ei : In peccatis natus es totus, & tu do-
ces nos ? & ejecerunt eum foras.

§. 253. 253. 35 Audivit Jeſus quia ejecerunt eum foras : & cum
inveniſſet eum, dixit ei : Tu credis in Filium Dei ? 36
Reſpondit ille, & dixit : Quis eſt, Domine, ut credam
in eum ? 37 Et dixit ei Jeſus : Et vidiſti eum, & qui lo-
quitur tecum, ipſe eſt. 38 At ille ait : Credo, Domine : &
procidens adoravit eum.

§. 254. 254. 39 Et dixit Jeſus : In judicium ego in hunc mun-
dum veni ; ut qui non vident videant, & qui vident cæci
fiant. 40 Et audierunt quidam ex Phariſæis, qui cum ip-
ſo erant, & dixerunt ei : Numquid & nos cæci ſumus?
41 Dixit eis Jeſus : Si cæci eſſetis, non haberetis pecca-
tum : nunc vero dicitis ; Quia videmus ; peccatum ve-
ſtrum manet.

SE BONUM ESSE PASTOREM OSTENDIT.

J. 10.

§. 255. 255. 1 Amen, amen dico vobis : qui non intrat per
oſtium in ovile ovium, ſed aſcendit aliunde, ille fur eſt
& latro : 2 qui autem intrat per oſtium, paſtor eſt ovium.
3 Huic oſtiarius aperit, & oves vocem ejus audiunt, &
proprias oves vocat nominatim, & educit eas. 4 Et cum
proprias oves emiſerit, ante eas vadit ; & oves illum ſe-
quuntur, quia ſciunt vocem ejus. 5 Alienum autem non
ſequuntur, ſed fugiunt ab eo ; quia non noverunt vocem
alienorum. 6 Hoc proverbium dixit eis Jeſus : Illi autem
non cognoverunt quid loqueretur eis. 7 Dixit ergo eis
iterum Jeſus : Amen, amen dico vobis, quia ego ſum
† Jer. 14. 14. oſtium ovium. 8 Omnes quotquot † venerunt, fures ſunt
& latrones, & non audierunt eos oves 9 Ego ſum oſtium:
per me ſi quis introierit, ſalvabitur ; & ingredietur, &
egredietur, & paſcua inveniet. 10 Fur non venit niſi ut
furetur, & mactet, & perdat. Ego veni ut vitam habeant,
& abundantius habeant.

§. 256. 256. 11 Ego ſum paſtor bonus. Bonus paſtor animam
ſuam dat pro ovibus ſuis : 12 Mercenarius autem, & qui
non eſt paſtor, cujus non ſunt oves propriæ, videt lupum
venientem, & dimittit oves, & fugit : & lupus rapit &
diſpergit oves : 13 mercenarius autem fugit, quia merce-
narius eſt, & non pertinet ad eum de ovibus.

257. 14 Ego

257. 14 Ego ſum paſtor bonus: & cognoſco meas, & §. 257.
cognoſcunt me meæ; 15 ſicut novit me Pater, & ego
agnoſco Patrem: & animam meam pono pro ovibus meis.
16 Et alias oves habeo, quæ non ſunt ex hoc ovili; & illas
oportet me adducere; & vocem meam audient, & fiet
unum ovile, & unus paſtor. 17 Propterea me diligit Pa-
ter quia ego pono animam meam; ut iterum ſumam eam.
18 Nemo tollit eam à me: ſed ego pono eam à meipſo;
& poteſtatem habeo ponendi eam, & poteſtatem habeo
iterum ſumendi eam. Hoc mandatum accepi à Patre
meo.

258. 19 Diſſenſio iterum facta eſt inter Judæos propter §. 258.
ſermones hos. 20 Dicebant autem multi ex ipſis: Dæ-
monium habet, & inſanit: quid eum auditis? 21 Alii
dicebant: Hæc verba non ſunt dæmonium habentis:
numquid dæmonium poteſt † cæcorum oculos aperi- † Art. 250.
re? — 277

DISCIPULOS 72. ELIGIT ET AD PRÆDICANDUM MITTIT.

L. 10.

259. 1 Poſt hæc autem deſignavit Dominus & alios ſe- §. 259.
ptuaginta duos: & miſit illos binos ante faciem ſuam in
omnem civitatem & locum, quo erat ipſe venturus. 2 Et di-
cebat illis: Meſſis quidem multa, operarii autem pauci.
Rogate ergo dominum meſſis, ut mittat operarios in
meſſem ſuam. 3 Ite; ecce ego mitto vos ſicut agnos inter
lupos. 4 Nolite portare ſacculum, neque peram, neque
calceamenta; & neminem per viam ſalutaveritis. 5 In
quamcumque domum intraveritis, primum dicite: Pax
huic domui: 6 & ſi ibi fuerit filius pacis, requieſcet ſu-
per illum pax veſtra; ſin autem, ad vos revertetur. 7 In
eadem autem domo manete, edentes & bibentes quæ apud
illos ſunt: dignus eſt enim operarius mercede ſua. Nolite
tranſire de domo in domum. 8 Et in quamcumque civi-
tatem intraveritis, & ſuſceperint vos, manducate quæ
apponuntur vobis: 9 & curate infirmos, qui in illa ſunt,
& dicite illis: Appropinquavit in vos Regnum Dei. 10 In
quamcumque autem civitatem intraveritis, & non ſuſce-
perint vos, exeuntes in plateas ejus, dicite: 11 Etiam

pulverem qui adhæſit nobis de civitate veſtra extergimus
in vos; tamen hoc ſcitote quia appropinquavit Regnum
Dei. 12 Dico vobis, quia Sodomis in die illa remiſſius
erit quam illi civitati. — 140.

§. 260. 260. 16 Qui vos audit, me audit; & qui vos ſpernit,
me ſpernit; qui autem me ſpernit, ſpernit eum qui miſit
me. — 262

Apud Martham hospitatur.

L. 10.

§. 261. 261. 38 Factum eſt autem, dum irent, & ipſe intravit
in quoddam caſtellum: & mulier quædam Martha nomine excepit illum in domum ſuam: 39 & huic erat ſoror nomine Maria, quæ etiam ſedens ſecus pedes Domini, audiebat verbum illius. 40 Martha autem ſatagebat circa frequens miniſterium, quæ ſtetit, & ait: Domine, non eſt tibi curæ quod ſoror mea reliquit me ſolam miniſtrare? dic ergo illi ut me adjuvet. 41 Et reſpondens dixit illi Dominus: Martha, Martha, ſollicita es, & turbaris erga plurima. 42 Porro unum eſt neceſſarium. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. — 104.

Discipulorum reversio.

M. 11. L. 10.

§. 262. 262. L. 17 Reverſi ſunt autem ſeptuaginta duo cum
gaudio, dicentes: Domine, etiam dæmonia ſubjiciuntur
nobis in nomine tuo. 18 Et ait illis: Videbam Satanam,
ſicut fulgur de cœlo, cadentem. 19 Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſupra ſerpentes & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici; & nihil vobis nocebit: 20 Verumtamen in hoc nolite gaudere quia ſpiritus vobis ſubjiciuntur; gaudete autem quod nomina veſtra ſcripta ſunt in Cœlis.

§. 263. 263. M 25 In illo tempore L 21 In ipſa hora

L. exultavit Spiritu ſancto, &

M respondens Jeſus, dixit: Confiteor tibi Pater, Domine Cœli & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & revelaſti ea parvulis. 26 Ita Pater; quoniam ſic fuit placitum ante te. 27 Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo. Et nemo novit Filium, niſi Pater; neque Patrem quis novit, niſi Filius, & cui voluerit Filius revelare.

L dixit: Confiteor tibi Pater, Domine Cœli & terræ, quod abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & revelaſti ea parvulis. Etiam Pater; quoniam ſic placuit ante te. 22 Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo. Et nemo ſcit quis ſit Filius, niſi Pater; & quis ſit Pater, niſi Filius, & cui voluerit Filius revelare.

L. 23 Et converſus ad diſcipulos ſuos, dixit: Beati oculi, qui vident quæ vos videtis! 24 Dico enim vobis, quod multi Prophetæ & Reges voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt; & audire quæ auditis, & non audierunt.

264. M. 28 Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis; & ego reficiam vos. 29 Tollite jugum meum ſuper vos, & diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde; & invenietis requiem animabus veſtris. 30 Jugum enim meum ſuave eſt, & onus meum leve. — 99 §. 264.

Quis sit proximus.

L. 10.

265. 25 Et ecce quidam Legiſperitus ſurrexit, tentans illum, & dicens: Magiſter, quid faciendo vitam æternam poſſidebo? 26 At ille dixit ad eum: In lege quid ſcriptum eſt? quomodo legis? 27 Ille reſpondens, dixit: † Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua; & proximum tuum ſicut teipſum. 28 Dixitque illi: Recte reſpondiſti: hoc fac, & vives. §. 265. † Deut. 6. 5.

266. 29 Ille autem volens juſtificare ſeipſum, dixit ad Jeſum: Et quis eſt meus proximus? 30 Suſcipiens autem Jeſus, dixit: Homo quidam deſcendebat ab Jeruſalem in Jericho, & incidit in latrones, qui etiam deſpoliaverunt §. 266.

eum, & plagis impoſitis, abierunt ſemivivo relicto. 31
Accidit autem ut Sacerdos quidam deſcenderet eadem via;
& viſo illo præterivit. 32 Similiter & Levita, cum eſſet
ſecus locum, & videret eum, pertranſiit. 33 Samaritanus
autem quidam iter faciens, venit ſecus eum; & videns
eum, miſericordia motus eſt; 34 & appropians alligavit
vulnera ejus, infundens oleum & vinum; & imponens il-
lum in jumentum ſuum, duxit in ſtabulum, & curam
ejus egit. 35 Et altera die protulit duos denarios, & dedit
ſtabulario, & ait: Curam illius habe, & quodcumque ſu-
pererogaveris, ego cum rediero reddam tibi. 36 Quis ho-
rum trium videtur tibi proximus fuiſſe illi, qui incidit
in latrones? 37 At ille dixit: Qui fecit miſericordiam in
illum. Et ait illi Jeſus: Vade, & tu fac ſimiliter. — 261

In Phariſæos et Legisperitos exprobratio.

M. 23. L. 11.

§. 267. 267. L. 37 Et cum loqueretur, rogavit illum quidam
Phariſæus, ut pranderet apud ſe; & ingreſſus recubuit. 38
Phariſæus autem cœpit intra ſe reputans dicere quare non
baptizatus eſſet ante prandium. 39 Et ait Dñs ad illum:

M. 25 Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ; quia mundatis quod deforis eſt calicis & paropſidis; intus autem pleni eſtis rapina,

L. Nunc vos, Phariſæi... quod deforis eſt calicis & catini, mundatis; quod autem intus eſt veſtrûm, plenum eſt rapina,

L. & iniquitate,

M. & immunditia.

L. 40 Stulti, nonne qui fecit quod deforis eſt, etiam id quod deintus eſt fecit?

M. 26 Phariſæe cæce, munda prius quod intus eſt calicis & paropſidis; ut fiat id, quod deforis eſt, mundum. — 270

L. 41 Verumtamen quod supereſt, date eleemoſinam; & ecce omnia munda ſunt vobis.

268. M. 23 Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, qui decimatis mentham, | L 42 Sed væ vobis Phariſæis, quia decimatis mentham, §. 268.

L. & rutam,

M. & anethum, & cyminum;

L. & omne olus;

M. & reliquiſtis L & præteritis

M. quæ graviora ſunt legis,

M. judicium, L judicium,

M. & miſericordiam, & fidem;

L. & charitatem Dei:

M hæc oportuit facere, & illa non omittere. | L. hæc autem oportuit facere, & illa non omittere.

M. 24 Duces cæci, excolantes culicem, camelum autem glutientes. — 267

269. L. 43 Væ vobis Phariſæis, quia diligitis primas cathedras in Synagogis, & ſalutationes in foro. §. 269.

M. 14 Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, quia comeditis domos viduarum, orationes longas orantes: propter hoc amplius accipietis judicium. 15 Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, quia circuitis mare & aridam, ut faciatis unum proſelytum; & cum fuerit factus, facitis eum filium gehennæ duplo quam vos. 16
Væ vobis duces cæci, qui dicitis: Quicumque juraverit per Templum, nihil eſt; qui autem juraverit in auro Templi, debet. 17 Stulti & cæci! quid enim majus eſt, aurum, an Templum, quod ſanctificat aurum? 18
Et quicumque juraverit in altari, nihil eſt; quicumque autem juraverit in dono quod eſt ſuper illud, debet.
19 Cæci! quid enim majus eſt, donum, an altare, quod ſanctificat donum? 20 Qui ergo jurat in altari, jurat

in eo, & in omnibus quæ ſuper illud ſunt: 21 & qui-
cumque juraverit in Templo, jurat in illo, & in eo qui
habitat in ipſo: 22 & qui jurat in Cœlo, jurat in
throno Dei, & in eo qui ſedet ſuper eum. — 268

§. 270. 270. M. 27 Væ vobis, L 44 Væ vobis,

M. Scribæ & Phariſæi hypocritæ;

L. quia eſtis ut monumenta quæ non apparent, & homines ambulantes ſupra, neſciunt;

M quia ſimiles eſtis ſepulcris dealbatis, quæ aforis parent hominibus ſpecioſa, intus vero plena ſunt oſſibus mortuorum, & omni ſpurcitia: 28 ſic & vos aforis quidem paretis hominibus juſti; intus autem pleni eſtis hypocriſi, & iniquitate.

§. 271. 271. L. 45 Reſpondens autem quidam ex Legiſperitis, ait illi: Magiſter, hæc dicens, etiam contumeliam nobis facis. 46 At ille ait: Et vobis Legiſperitis væ; quia oneratis homines oneribus quæ portare non poſſunt, & ipſi uno digito veſtro non tangitis ſarcinas.

M. 29 Væ vobis, L 47 Væ vobis,

M. Scribæ & Phariſæi hypocritæ,

M. qui ædificatis ſepulcra Prophetarum, L qui ædificatis monumenta Prophetarum;

M. & ornatis monumenta juſtorum;

L. patres autem veſtri occiderunt illos;

M. 30 & dicitis: Si fuiſſemus in diebus patrum noſtrorum, non eſſemus ſocii eorum in ſanguine Prophetarum.

M. 31 Itaque teſtimonio eſtis L 48 Profecto teſtificamini

M. vobiſmetipſis quia filii eſtis eorum qui Prophetas occiderunt, 32 &

L. quod conſentitis operibus patrum veſtrorum: quoniam ipſi quidem eos occiderunt, vos autem ædificatis eorum ſepulcra.

M. Vos, implete menſuram patrum veſtrorum. 33 Serpentes genimina viperarum, quomodo fugietis à judicio gehennæ?

M 34 Ideo L. 49 Propterea

L. & ſapientia Dei dixit:

M. Ecce ego mitto ad vos Prophetas, L Mittam ad illos Prophetas,

L. & Apoſtolos,

M. & Sapientes, & Scribas;

M. & ex illis occidetis, L & ex illis occident;

M. & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in Synagogis veſtris,

M. & perſequemini L & perſequentur;

M. de civitate in civitatem; 35 ut veniat ſuper vos omnis ſanguis juſtus,

L. 50 ut inquiratur ſanguis omnium Prophetarum,

M. qui effuſus eſt L qui effuſus eſt

M. ſuper terram

L. à conſtitutione mundi, à generatione iſta;

M. à † ſanguine Abel juſti uſque ad ſanguinem Zachariæ, filii Barachiæ, quem † occidiſtis inter Templum & altare. 36 Amen dico vobis,

L 51 à ſanguine Abel uſque ad ſanguinem Zachariæ, qui periit inter altare & ædem. Ita dico vobis,

† Gen. 4. 8.
† 2. Par. 24. 22.

L. requiretur ab hac generatione,

M. venient hæc omnia ſuper generationem iſtam. — 328

§. 272. 272. M. 13 Væ autem vobis, Scribæ | L 52 Væ vobis Legiſperitis,

M. & Phariſæi hypocritæ,

L. quia tuliſtis clavem ſcientiæ;

M. quia clauditis Regnum Cœlorum ante homines:

M. vos enim non intratis, nec introeuntes ſinitis intrare. — 269. | L ipſi non introiſtis, & eos qui introibant, prohibuiſtis.

L. 53 Cum autem hæc ad illos diceret, cœperunt Phariſæi & Legiſperiti graviter inſiſtere, & os ejus opprimere de multis, 54 inſidiantes ei, & quærentes aliquid capere de ore ejus, ut accuſarent eum. — 355

De necessitate poenitentiæ.

L. 13.

§. 273. 273. 1 Aderant autem quidam ipſo in tempore, nuntiantes illi de Galilæis, quorum ſanguinem Pilatus miſcuit cum ſacrificiis eorum. 2 Et reſpondens, dixit illis: Putatis quod hi Galilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia paſſi ſunt? 3 Non, dico vobis; ſed niſi pœnitentiam habueritis, omnes ſimiliter peribitis. 4 Sicut illi decem & octo, ſupra quos cecidit turris in Siloe, & occidit eos: putatis quia & ipſi debitores fuerint præter omnes homines habitantes in Jeruſalem? 5 Non, dico vobis; ſed ſi pœnitentiam non egeritis, omnes ſimiliter peribitis.

§. 274. 274. 6 Dicebat autem & hanc ſimilitudinem: Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea ſua, & venit quærens fructum in illa, & non invenit. 7 Dixit autem ad cultorem vineæ: Ecce anni tres ſunt, ex

quo venio quærens fructum in ficulnea hac, & non in-
venio: ſuccide ergo illam; ut quid etiam terram occu-
pat? 8 At ille reſpondens, dicit illi: Domine, dimitte
illam & hoc anno, uſque-dum fodiam circa illam, &
mittam ſtercora: 9 & ſi quidem fecerit fructum: ſin au-
tem, in futurum ſuccides eam.

Mulieris inclinatæ curatio.

L. 13.

275. 10 Erat autem docens in Synagoga eorum Sab- §. 275.
batis. 11 Et ecce mulier, quæ habebat ſpiritum infir-
mitatis annis decem & octo; & erat inclinata, nec om-
nino poterat ſurſum reſpicere. 12 Quam cum videret
Jeſus, vocavit eam ad ſe, & ait illi: Mulier, dimiſſa
es ab infirmitate tua; 13 & impoſuit illi manus. Et con-
feſtim erecta eſt, & glorificabat Deum. 14 Reſpondens
autem archiſynagogus, indignans quia Sabbato curaſſet
Jeſus, dicebat turbæ: Sex dies ſunt, in quibus opor-
tet operari; in his ergo venite & curamini, & non in
die Sabbati. 15 Reſpondens autem ad illum Dominus,
dixit: Hypocritæ, unuſquiſque veſtrûm Sabbato non ſol-
vit bovem ſuum aut aſinum à præſepio, & ducit ada-
quare? 16 Hanc autem filiam Abrahæ, quam alligavit
ſatanas ecce decem & octo annis, non oportuit ſolvi à
vinculo iſto die Sabbati? 17 Et cum hæc diceret, eru-
beſcebant omnes adverſarii ejus: & omnis populus gau-
debat in univerſis quæ glorioſe fiebant ab eo. — 157

276. 22 Et ibat per civitates & caſtella docens, & iter §. 276.
faciens in Jeruſalem. — 301

SECTIO IX.

CHRISTI CUM JUDÆIS DE SUA DIVINITATE DISCEPTATIO.

J. 10.

277. 22 Facta ſunt autem Encænia in Jeroſolymis, & §. 277.
hiems erat. 23 Et ambulabat Jeſus in Templo in porticu

Salomonis. 24 Circumdederunt ergo eum Judæi, & dice-
bant ei: Quouſque animam noſtram tollis? ſi tu es Chri-
ſtus, dic nobis palam. 25 Reſpondit eis Jeſus: Loquor
vobis, & non creditis: opera, quæ ego facio in nomine
Patris mei, hæc teſtimonium perhibent de me: 26 ſed vos
non creditis, quia non eſtis ex ovibus meis. 27 Oves meæ
vocem meam audiunt; & ego cognoſco eas, & ſequuntur
me: 28 & ego vitam æternam do eis; & non peribunt in
æternum, & non rapiet eas quiſquam de manu mea. 29
Pater meus quod dedit mihi majus omnibus eſt: & nemo
poteſt rapere de manu Patris mei. 30 Ego & Pater unum
ſumus. 31 Suſtulerunt ergo lapides Judæi, ut lapidarent
eum. 32 Reſpondit eis Jeſus: Multa bona opera oſtendi
vobis ex Patre meo; propter quod eorum opus me lapi-
datis? 33 Reſponderunt ei Judæi: De bono opere non la-
pidamus te, ſed de blaſphemia; & quia tu homo cum
Pſ. 81. 6. ſis facis teipſum Deum. 34 Reſpondit eis Jeſus: Nonne
ſcriptum eſt in lege veſtra; † Quia ego dixi, Dii eſtis?
35 Si illos dixit Deos, ad quos ſermo Dei factus eſt, &
non poteſt ſolvi Scriptura; 36 quem Pater ſanctificavit,
& miſit in mundum, vos dicitis, Quia blaſphemas; quia
dixi, Filius Dei ſum? 37 Si non facio opera Patris mei,
nolite credere mihi: 38 Si autem facio, & ſi mihi non vul-
tis credere, operibus credite; ut cognoſcatis & credatis
quia Pater in me eſt & ego in Patre. 39 Quærebant ergo
eum apprehendere: & exivit de manibus eorum.

DOCET ET CURAT MULTOS IN PERÆA.

M. 19. m. 10. J. 10.

§. 278. 278. M 1 venit m 1 venit J. 40 Et abiit iterum

M. in fines Judææ m in fines Judææ

M. trans Jordanẽ, m ultra Jordanẽ. J trans Jordanẽ,

Att. 37. J. in eum locum † ubi erat Joannes baptizans primum:
& manſit illic.

M	m	J
2 Et ſecutæ ſunt eum turbæ multæ	Et conveniunt iterum turbæ ad eum:	41 Et multi venerunt ad eum,

m. & ſicut conſueverat, iterum docebat illos;

M. & curavit eos ibi.

J. Et dicebant: Quia Joannes quidem ſignum fecit nullum; 42 omnia autem quæcumque † dixit Joannes de hoc, vera erant. Et multi crediderunt in eum. — 306 Att. 37. & 55.

De matrimonii vinculo.

M. 19. m. 10. L. 16.

279. M. 3 Et acceſſerunt ad eum Phariſæi tentantes eum, & dicentes: Si licet homini dimittere uxorem ſuam

m. 2 Et accedentes Phariſæi interrogabant eum: Si licet viro uxorem dimittere? tentantes eum. §. 279.

M. quacumque ex cauſa?

M. 4 Qui reſpondens, ait eis:

m. 3 At ille reſpondens, dixit eis:

m. Quid vobis præcepit Moyſes? 4 Qui dixerunt: Moyſes † permiſit libellum repudii ſcribere, & dimittere. † Deut. 24. 1.
5 Quibus reſpondens Jeſus, ait: — b

M. Non legiſtis, quia

M. qui fecit hominem ab initio, † maſculum & fœminam fecit eos?

m. a 6 Ab initio autem creaturæ, maſculum & fœminam, fecit eos Deus. † Gen. 1. 27.

M. & dixit:

M. 5 Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori ſuæ; & erunt duo in carne una. 6 Itaque jam non ſunt duo, ſed una caro. Quod ergo Deus conjunxit, homo non ſeparet.

m. 7 † Propter hoc relinquet homo patrem ſuum & matrem, & adhærebit ad uxorem ſuam; 8 & erunt duo in carne una. Itaque jam non ſunt duo, ſed una caro. 9 Quod ergo Deus conjunxit, homo non ſeparet. — 280 † Gen. 2. 24.

M. 7 Dicunt illi : Quid ergo Moyſes mandavit dare libellum repudii, & dimittere ? 8 Ait illis :

M. Quoniam Moyſes ad duritiam cordis veſtri permiſit vobis dimittere uxores veſtras :	m b Ad duritiam cordis veſtri ſcripſit vobis præceptum iſtud. — a

M. ab initio autem non fuit ſic. 9 Dico autem vobis, quia

M. quicumque dimiſerit uxorem ſuam ,	L 18 Omnis qui dimittit uxorem ſuam ,

M. niſi ob fornicationem ,

M. & aliam duxerit , mœchatur ; & qui dimiſſam duxerit , mœchatur.	L & alteram ducit, mœchatur ; & qui dimiſſam à viro ducit , mœchatur. — 300

§. 280. 280. m. 10 Et in domo iterum diſcipuli ejus de eodem interrogaverunt eum. 11 Et ait illis : Quicumque dimiſerit uxorem ſuam, & aliam duxerit , adulterium committit ſuper eam ; 12 & ſi uxor dimiſerit virum ſuum, & alii nupſerit, mœchatur.

M. 10 Dicunt ei diſcipuli ejus : Si ita eſt cauſa hominis cum uxore, non expedit nubere. 11 Qui dixit illis : Non omnes capiunt verbum iſtud , ſed quibus datum eſt. 12 Sunt enim eunuchi , qui de matris utero ſic nati ſunt : & ſunt eunuchi , qui facti ſunt ab hominibus : & ſunt eunuchi , qui ſeipſos caſtraverunt propter Regnum Cœlorum. Qui poteſt capere , capiat.

Parvuli Christo oblati.

M. 19. m. 10. L. 18.

§. 281.

281. M. 13 Tunc oblati ſunt ei parvuli, ut manus eis imponeret,	m 13 Et offerebant illi parvulos, ut tangeret illos.	L 15 Afferebant autem ad illum & infantes , ut eos tangeret.

M. & oraret.

L. Quod cum viderent diſcipuli,

M Diſcipuli autē increpabant eos.	m Diſcipuli autē comminabantur offerētibus.	L increpabant illos.

m. 14 Quos cum videret Jeſus, indigne tulit; &

L 16 Jeſus autem convocans illos,

M 14 Jeſus vero ait eis: Sinite parvulos, & nolite eos prohibere ad me venire: talium eſt enim Regnum Cœlorum.	m. ait illis: Sinite parvulos venire ad me, & ne prohibueritis eos: talium enim eſt Regnum Dei.	L dixit: Sinite pueros venire ad me, & nolite vetare eos: talium eſt enim Regnum Dei.

m. 15 Amen dico vobis: Quiſquis non receperit Regnum Dei velut parvulus, non intrabit in illud.	L 17 Amen dico vobis: Quicumque non acceperit Regnum Dei ſicut puer, non intrabit in illud.

m. 16 Et complexans eos, & imponens manus ſuper illos, benedicebat eos.

M. 15 Et cum impoſuiſſet eis manus, abiit inde.

Dives a sequendo Christo propoſita paupertate deterritus.

M. 19. m. 10. L. 18.

282. m. 17 Et cum egreſſus eſſet in viam, §. 282.

M 16 Et ecce unus accedens, m. procurrens quidam

L 18 Et — b a quidam princeps — c

m. genu flexo ante eum,

m. rogabat eum, L b interrogavit eum, — a

M ait illi: L. c dicens:

m. 10.
L. 18.

M. Magiſter bone, quid boni faciam, ut habeam vitam æternam? 17 Qui dixit ei: Quid me interrogas de bono? Unus eſt bonus, Deus.

m Magiſter bone, quid faciam, ut vitam æternam percipiam? 18 Jeſus autẽ dixit ei: Quid me dicis bonum? Nemo bonus, niſi unus Deus.

L Magiſter bone, quid faciens vitam æternam poſſidebo? 19 Dixit autem ei Jeſus: Quid me dicis bonum? Nemo bonus, niſi ſolus Deus.

M. Si autem vis ad vitam ingredi, ſerva mandata. 18 Dicit illi: Quæ? Jeſus autem dixit:

m 19 Præcepta noſti: L. 20 Mandata noſti:

† Ex, 20 13.

M Non homicidiũ facies: Non adulterabis: Non facies furtum: Non falſum teſtimonium dices:

m Ne adulteres: Ne occidas: Ne fureris: Ne falſum teſtimoniũ dixeris:

L. † Non occides: Non mœchaberis: Non furtum facies: Non falſum teſtimonium dices:

m. Ne fraudem feceris:

† Ex. 20. 12.

M 19 † Honora patrem tuum, & matrem tuam;

m Honora patrem tuum, & matrem.

L Honora patrem tuum, & matrem.

† Lev. 19. 18.

M. &, † Diliges proximum tuum ſicut teipſum.

M. 20 Dicit illi adoleſcens:

m 20 At ille reſpondens, ait illi:

L 21 Qui ait:

m. Magiſter,

M. Omnia hæc cuſtodivi à juventute mea:

m. hæc omnia obſervavi à juventute mea:

L Hæc omnia cuſtodivi à juventute mea.

M. quid adhuc mihi deeſt?

L. 22 Quo audito,

m. 21 Jeſus autem intuitus eum, dilexit eum,

M 21 Ait illi Jeſus: m. & dixit ei: L Jeſus ait ei:

m Unum tibi deeſt: L. Adhuc unum tibi deeſt:

M. Si vis perfectus eſſe,

M. vade, m Vade,

M vende quæ habes, ... & da pauperib⁹, & habebis theſaurū in Cœlo; & veni, ſequere me. 22 Cū audiſſet autē adoleſcens verbum, abiit triſtis: erat enim habens multas poſſeſſiones.	m quæcūque habes, vende, & da pauperibus, & habebis theſaurum in Cœlo; & veni, ſequere me. 22 Qui cōtriſtatus in verbo, abiit mœrens: erat enim habens multas poſſeſſiones.	L. Oīa quęcūq; habes, vende, & da pauperibus, & habebis theſaurū in Cœlo; & veni, ſequere me. 23 His ille auditis contriſtatus eſt: quia dives erat valde.

283. L. 24 Videns autem Jeſus illlum triſtem factum, §. 283.

m. 23 & circumſpiciens

M 23 Jeſus autem dixit m Jeſus, ait L. dixit

M. diſcipulis ſuis: m diſcipulis ſuis:

M. Amen dico vobis;

M quia dives difficile intrabit in Regnum Cœlorum.	m. Quam difficile qui pecunias habent, in Regnum Dei introibunt!	L Quam difficile qui pecunias habent, in Regnum Dei intrabunt!

m. 24 Diſcipuli autem obſtupeſcebant in verbis ejus. At Jeſus rurſus reſpondens, ait illis:

M. 24 Et iterum dico vobis,

m. filioli, quam difficile eſt confidentes in pecuniis in Regnum Dei introire!

M. Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, quam divitem intrare in Regnum Cœlorum. | m 25 Facilius eſt camelum per foramem acus tranſire, quam divitem intrare in Regnum Dei. | L 25 Facilius eſt enim camelum per foramē acus trāſire, quam divitē itrare in Regnũ Dei. 26 Et-b

M. 25 Auditis autem his, L a qui audiebant — c

M. diſcipuli mirabantur valde, m 26 Qui magis admirabantur,

M. dicentes m dicentes L b dixerunt: — a

m. ad ſemetipſos:

M. Quis ergo poterit ſalvus eſſe? m Et quis poteſt ſalvus fieri? L c Et quis poteſt ſalvus fieri?

M 26 Aſpiciens autē Jeſus, m. 27 Et intuens illos Jeſus,

M. dixit illis: m ait: L 27 Ait illis:

M. Apud homines hoc impoſſibile eſt, m Apud homines impoſſibile eſt,

m. ſed non apud Deum: omnia enim

L. quæ impoſſibilia ſunt apud homines,

M apud Deum autē oīa poſſibilia ſunt. m. poſſibilia ſũt apud Deum. L poſſibilia ſũt apud Deum.

De remuneratione eorum qui propter Christum omnia relinquunt.

M. 19. m. 10. L. 18.

§. 284. 284. M. 27. Tunc reſpondens Petrus, dixit ei: Ecce nos † reliquimus oīa, & ſecuti ſumus te: | m 28 Et cœpit ei Petrus dicere: Ecce nos dimiſimus omnia, & ſecuti ſumus te. | L 28 Ait autem Petrus: Ecce nos dimiſimus omnia, & ſecuti ſumus te.

† Art. 68.

M. quid

M. quid ergo erit nobis ?

M. 28 Jeſus autem dixit illis : Amen dico vobis,	m 29 Reſpondens Jeſus, ait : Amen dico vobis :	L 29 Qui dixit eis : Amen dico vobis :

M. quod vos qui ſecuti eſtis me, in regeneratione cum ſederit Filius hominis in ſede majeſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, judicantes duodecim tribus Iſrael.
29 Et

M omnis qui reliquerit domum, vel fratres,	m. nemo eſt qui reliquerit domũ, aut fratres,	L nemo eſt qui reliquit domũ —b a aut fratres, —c

M. aut ſorores, m aut ſorores,

M. aut patrem, aut matrem,	m aut patrem, aut matrem,	L b aut parentes, —a

M. aut uxorem, L c aut uxorem,

M. aut filios, m aut filios, L aut filios,

M aut agros, propter nomen meum,	m. aut agros, propter me,

m. & propter Evangelium, L propter Regnum Dei,

M centuplum accipiet,	m. 30 qui non accipiat centies tantum,	L 30 & non recipiat multo plura

m. nunc in tempore hoc L in hoc tempore,

m. domos, & fratres, & ſorores, & matres, & filios, & agros, cum perſecutionibus ;

M & vitã æternam poſſidebit.	m. & in ſeculo futuro vitã æternam.	L & in ſeculo venturo vitã ęternã.-313

M. 30 Multi autem erunt primi noviſſimi, & noviſſimi primi.	m 31 Multi autem erunt primi noviſſimi, & noviſſimi primi. — 313

M

M. 20.

§. 285. 285. [1] Simile eſt Regnum Cœlorum homini patrifami-
lias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam
ſuam. [2] Conventione autem facta cum operariis ex dena-
rio diurno, miſit eos in vineam ſuam. [3] Et egreſſus circa
horam tertiam, vidit alios ſtantes in foro otioſos, [4] &
dixit illis: Ite & vos in vineam meam, & quod juſtum
fuerit dabo vobis. [5] Illi autem abierunt. Iterum autem
exiit circa ſextam, & nonam horam; & fecit ſimiliter.
[6] Circa undecimam vero exiit, & invenit alios ſtantes,
& dicit illis: Quid hîc ſtatis tota die otioſi? [7] Dicunt
ei: Quia nemo nos conduxit. Dicit illis: Ite & vos in
vineam meam. [8] Cum ſero autem factum eſſet, dicit do-
minus vineæ procuratori ſuo: Voca operarios, & redde
illis mercedem, incipiens à noviſſimis uſque ad primos.
[9] Cum veniſſent ergo qui circa undecimam horam vene-
rant, acceperunt ſingulos denarios. [10] Venientes autem
& primi, arbitrati ſunt quod plus eſſent accepturi: acce-
perunt autem & ipſi ſingulos denarios. [11] Et accipientes,
murmurabant adverſus patremfamilias, [12] dicentes: Hi
noviſſimi una hora fecerunt, & pares illos nobis feciſti,
qui portavimus pondus diei, & æſtus. [13] At ille reſpon-
dens uni eorum, dixit: Amice, non facio tibi injuriam:
nonne ex denario conveniſti mecum? [14] Tolle quod tuum
eſt, & vade: volo autem & huic noviſſimo dare ſicut &
tibi. [15] Aut non licet mihi quod volo facere? An oculus
tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum? [16] Sic erunt no-
viſſimi primi, & primi noviſſimi: multi enim ſunt vo-
cati, pauci vero electi. — 313

HYDROPICUS CURATUS.

L. 14.

§ 286. 286. [1] Et factum eſt cum intraret Jeſus in domum cu-
juſdam principis Phariſæorum Sabbato manducare panem,
& ipſi obſervabant eum. [2] Et ecce homo quidam hydro-
picus erat ante illum. [3] Et reſpondens Jeſus dixit ad Le-
giſperitos & Phariſæos, dicens: Si licet Sabbato curare?
[4] At illi tacuerunt. Ipſe vero apprehenſum ſanavit eum,
ac dimiſit. [5] Et reſpondens ad illos, dixit: Cujus veſtrûm

aſinus aut bos in puteum cadet, & non continuo extrahet illum die Sabbati? 6 Et non poterant ad hæc reſpondere illi.

PHARISÆORUM AC LEGISPERITORUM AMBITIO REPREHENSA.

L. 14.

287. 7 Dicebat autem & ad invitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos: 8 Cum invitatus fueris ad nuptias, non diſcumbas in primo loco, ne forte honoratior te ſit invitatus ab illo; 9 & veniens is, qui te & illum vocavit, dicat tibi: Da huic locum; & tunc incipias cum rubore noviſſimum locum tenere. 10 Sed cum vocatus fueris, vade, recumbe in noviſſimo loco; ut cum venerit qui te invitavit dicat tibi: Amice, aſcende ſuperius. Tunc erit tibi gloria coram ſimul-diſcumbentibus: 11 quia omnis qui ſe exaltat, humiliabitur; & qui ſe humiliat, exaltabitur. § 287.

288. 12 Dicebat autem & ei, qui ſe invitaverat: Cum facis prandium aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos divites; ne forte te & ipſi reinvitent, & fiat tibi retributio: 13 ſed cum facis convivium, voca pauperes, debiles, claudos, & cæcos; 14 & beatus eris, quia non habent retribuere tibi; retribuetur enim tibi in reſurrectione juſtorum. §. 288.

289. 15 Hæc cum audiſſet quidam de ſimul-diſcumbentibus, dixit illi: Beatus qui manducabit panem in Regno Dei. 16 At ipſe dixit ei: Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocavit multos: 17 & miſit ſervum ſuum hora cœnæ dicere invitatis ut venirent, quia jam parata ſunt omnia. 18 Et cœperunt ſimul omnes excuſare. Primus dixit ei: Villam emi, & neceſſe habeo exire, & videre illam; rogo te, habe me excuſatum. 19 Et alter dixit: Juga boum emi quinque, & eo probare illa; rogo te, habe me excuſatum. 20 Et alius dixit: Uxorem duxi, & ideo non poſſum venire. 21 Et reverſus ſervus, nuntiavit hæc domino ſuo. Tunc iratus paterfamilias dixit ſervo ſuo: Exi cito in plateas §. 289.

& vicos civitatis ; & pauperes, ac debiles, & cæcos & claudos introduc huc. 22 Et ait ſervus : Domine, factum eſt ut imperaſti, & adhuc locus eſt. 23 Et ait dominus ſervo : Exi in vias, & ſepes ; & compelle intrare, ut impleatur domus mea. 24 Dico autem vobis, quod nemo virorum illorum qui vocati ſunt guſtabit cœnam meam.

Omnibus renuntiandum propter Christum.

L. 14.

§. 290. 290. 25 Ibant autem turbæ multæ cum eo ; & converſus dixit ad illos : 26 Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & ſorores, adhuc autem & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus ; 27 & qui non bajulat crucem ſuam, & venit poſt me, non poteſt meus eſſe diſcipulus. 28 Quis enim ex vobis volens turrim ædificare, non prius ſedens computat ſumptus, qui neceſſarii ſunt, ſi habeat ad perficiendum, 29 ne poſteaquam poſuerit fundamentum, & non potuerit perficere, omnes qui vident incipiant illudere ei, 30 dicentes : Quia hic homo cœpit ædificare, & non potuit conſummare. 31 Aut quis Rex iturus committere bellum adverſus alium Regem, non ſedens prius cogitat ſi poſſit cum decem millibus occurrere ei qui cum viginti millibus venit ad ſe ? 32 alioquin adhuc illo longe agente, legationem mittens, rogat ea quæ pacis ſunt. 33 Sic ergo omnis ex vobis, qui non renuntiat omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. 34 Bonum eſt ſal : ſi autem ſal evanuerit, in quo condietur ? 35 neque in terram neque in ſterquilinium utile eſt, ſed foras mittetur. Qui habet aures audiendi, audiat.

Quantum sit gaudium in Coelo, cum peccator resipiscit.

L. 15.

§. 291. 291. 1 Erant autem appropinquantes ei Publicani & peccatores, ut audirent illum. 2 Et murmurabant Phariſæi & Scribæ, dicentes : Quia hic peccatores recip ,

& manducat cum illis. 3 Et ait ad illos parabolam iſtam,
dicens: 4 Quis ex vobis homo, qui habet centum oves;
& ſi perdiderit unam ex illis, nonne dimittit nonagin-
ta-novem in deſerto, & vadit ad illam quæ perierat,
donec inveniat eam? 5 & cum invenerit eam, impo-
nit in humeros ſuos gaudens; 6 & veniens domum, con-
vocat amicos & vicinos, dicens illis: Congratulami-
ni mihi; quia inveni ovem meam, quæ perierat? 7 Di-
co vobis, quod ita gaudium erit in Cœlo ſuper uno pec-
catore pœnitentiam agente, quam ſuper nonaginta-no-
vem juſtis, qui non indigent pœnitentia.

292. 8 Aut quæ mulier habens drachmas decem, ſi per- §. 292.
diderit drachmam unam, nonne accendit lucernam, &
everrit domum, & quærit diligenter, donec inveniat?
9 & cum invenerit, convocat amicas & vicinas, di-
cens: Congratulamini mihi, quia inveni drachmam
quam perdideram? 10 Ita, dico vobis, gaudium erit
coram Angelis Dei ſuper uno peccatore pœnitentiam
agente.

293 11 Ait autem: Homo quidam habuit duos filios: §. 293.
12 & dixit adoleſcentior ex illis patri: Pater, da mihi
portionem ſubſtantiæ quæ me contingit. Et diviſit illis
ſubſtantiam. 13 Et non poſt multos dies, congregatis
omnibus, adoleſcentior filius peregre profectus eſt in re-
gionem longinquam; & ibi diſſipavit ſubſtantiam ſuam
vivendo luxurioſe. 14 Et poſtquam omnia conſummaſ-
ſet, facta eſt fames valida in regione illa, & ipſe cœpit
egere. 15 Et abiit, & adhæſit uni civium regionis illius:
& miſit illum in villam ſuam, ut paſceret porcos. 16 Et
cupiebat implere ventrem ſuum de ſiliquis, quas porci
manducabant; & nemo illi dabat. 17 In ſe autem rever-
ſus, dixit: Quanti mercenarii in domo patris mei abun-
dant panibus, ego autem hîc fame pereo! 18 Surgam,
& ibo ad patrem meum, & dicam ei: Pater, peccavi in
Cœlum, & coram te; 19 jam non ſum dignus vocari
filius tuus; fac me ſicut unum de mercenariis tuis. 20
Et ſurgens, venit ad patrem ſuum. Cum autem adhuc
longe eſſet, vidit illum pater ipſius, & miſericordia mo-
tus eſt, & accurrens cecidit ſuper collum ejus, & oſ-
culatus eſt eum. 21 Dixitque ei filius: Pater, peccavi
in Cœlum, & coram te; jam non ſum dignus vocari fi-

lius tuus. 22 Dixit autem pater ad ſervos ſuos : Cito
proferte ſtolam primam , & induite illum , & date an-
nulum in manum ejus , & calceamenta in pedes ejus ;
23 & adducite vitulum ſaginatum , & occidite , & man-
ducemus , & epulemur : 24 quia hic filius meus mortuus
erat , & revixit ; perierat , & inventus eſt. Et cœpe-
runt epulari. 25 Erat autem filius ejus ſenior in agro;
& cum veniret , & appropinquaret domui , audivit ſym-
phoniam & chorum ; 26 & vocavit unum de ſervis , &
interrogavit quid hæc eſſent. 27 Iſque dixit illi : Fra-
ter tuus venit , & occidit pater tuus vitulum ſaginatum,
quia ſalvum illum recepit. 28 Indignatus eſt autem , &
nolebat introire. Pater ergo illius egreſſus , cœpit rogare
illum. 29 At ille reſpondens , dixit patri ſuo : Ecce tot
annis ſervio tibi , & numquam mandatum tuum præ-
terivi ; & numquam dediſti mihi hædum , ut cum ami-
cis meis epularer : 30 ſed poſtquam filius tuus hic , qui
devoravit ſubſtantiam ſuam cum meretricibus , venit , oc-
cidiſti illi vitulum ſaginatum. 31 At ipſe dixit illi : Fi-
li , tu ſemper mecum es , & omnia mea tua ſunt ; 32
epulari autem & gaudere oportebat , quia frater tuus hic
mortuus erat, & revixit; perierat, & inventus eſt. — 298

Ab avaritia et vana sollicitudine cavendum.

M. 6. L. 12.

§. 294. 294. L. 13 Ait autem ei quidam de turba ; Magiſter,
dic fratri meo ut dividat mecum hæreditatem. 14 At il-
le dixit illi : Homo , quis me conſtituit judicem aut di-
viſorem ſuper vos ? 15 Dixique ad illos : Videte , & ca-
vete ab omni avaritia: quia non in abundantia cujuſ-
quam vita ejus eſt ex his quæ poſſidet.

§. 295. 295. 16 Dixit autem ſimilitudinem ad illos , dicens :
Hominis cujuſdam divitis uberes fructus ager attulit :
17 & cogitabat intra ſe dicens : Quid faciam , quia non
habeo quo congregem fructus meos ? 18 Et dixit : Hoc
faciam : deſtruam horrea mea , & majora faciam ; &
illuc congregabo omnia quæ nata ſunt mihi , & bona
mea ; 19 & dicam animæ meæ : Anima , habes mul-
ta bona poſita in annos plurimos : requieſce , come-
de , bibe , epulare. 20 Dixit autem illi Deus : Stulte ,

hac nocte animam tuam repetunt à te ; quæ autem pa-
raſti, cujus erunt ? 21 Sic eſt qui ſibi theſaurizat, &
non eſt in Deum dives.

296. 22 Dixitque ad diſcipulos ſuos : §. 296.

M 25 Ideo dico vobis : Ne ſolliciti ſitis animæ veſtræ, quid manducetis ; neque.... corpori veſtro, quid induamini. Nonne anima plus eſt quam eſca, & corpus pluſquam veſtimentum ?

L. Ideo dico vobis : Nolite ſolliciti eſſe animæ veſtræ, quid manducetis ; neque corpori, quid induamini. 23 Anima plus eſt quam eſca, & corpus pluſquam veſtimentum.

M. 26 Reſpicite volatilia cœli,

L. 24 conſiderate corvos,

M quoniam non ſerunt, neque metunt, neque congregant in horrea ; & Pater veſter cœleſtis paſcit illa : nonne vos magis pluris eſtis illis ? 27 Quis autem veſtrûm cogitans poteſt adjicere ad ſtaturam ſuam cubitum unum ?

L. quia non ſeminant neque metunt, quibus non eſt cellarium neque horreũ ; & Deus paſcit illos : quanto magis vos pluris eſtis illis ? 25 Quis autem veſtrûm cogitando poteſt adjicere ad ſtaturam ſuam cubitum unum ?

L. 26 Si ergo neque quod minimum eſt poteſtis, quid de ceteris ſolliciti eſtis ?

M. 28 Et de veſtimento quid ſolliciti eſtis ?

M. Cõſiderate lilia agri quomodo creſcunt ; non laborant, neque nent : 29 dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt ſicut unum ex iſtis. 30 Si autem fœnũ agri, quod hodie eſt, & cras in clibanum mittitur, Deus ſic veſtit, quanto magis vos modicæ fidei ?

L 27 Conſiderate lilia quomodo creſcunt ; non laborant, neque nent : dico autem vobis ; nec Salomon in omni gloria ſua veſtiebatur ſicut unum ex iſtis. 28 Si autem fœnum, quod hodie eſt in agro, & cras in clibanum mittitur, Deus ſic veſtit, quanto magis vos puſillæ fidei ?

M. 31 Nolite ergo ſolliciti eſſe,

L. 29 & vos nolite quærere quid manducetis, aut quid bibatis,

M. dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur?

L. & nolite in ſublime tolli:

M. 32 hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim Pater veſter quia his.... .... omnibus indigetis. 33 Quærite ergo primùm Regnũ Dei, & juſtitiam ejus; & hæc omnia adjicientur vobis.

L. 30 hæc enim oĩa gentes mundi quærunt. Pater autem veſter ſcit quoniam his indigetis. 31 Verumtamen quærite primùm Regnum Dei, & juſtitiam ejus; & hæc omnia adjicientur vobis.

M 34 Nolite ergo ſolliciti eſſe in craſtinum: craſtinus enim dies ſollicitus erit ſibi ipſi. Sufficit diei malitia ſua. — 127

§. 297. 297. L. 32 Nolite timere puſillus grex, quia complacuit Patri veſtro dare vobis Regnum. 33 Vendite quæ poſſidetis, & date eleemoſynam.

M. 19 Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra; ubi ærugo, & tinea demolitur; & ubi fures effodiunt & furantur.

L. Facite vobis ſacculos qui non veteraſcunt;

M. 20 Theſaurizate autem vobis theſauros in Cœlo; .... ubi neque ærugo, neque tinea demolitur; & ubi fures non effodiunt, nec furantur. 21 Ubi enim eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum. — 110

L. theſaurum non deficientem in Cœlis; quò fur non appropiat, neque tinea corrumpit. 34 Ubi enim theſaurus veſter eſt, ibi & cor veſtrum erit. — 380

ELEEMOSYNAM FACIENDAM.

M. 6. L. 16.

298. L. 1 Dicebat autem & ad diſcipulos ſuos: Homo §. 298.
quidam erat dives, qui habebat villicum; & hic diffama-
tus eſt apud illum, quaſi diſſipaſſet bona ipſius. 2 Et vo-
cavit illum, & ait illi: Quid hoc audio de te? redde ra-
tionem villicationis tuæ: jam enim non poteris villicare.
3 Ait autem villicus intra ſe: Quid faciam, quia domi-
nus meus aufert à me villicationem? fodere non va-
leo, mendicare erubeſco: 4 ſcio quid faciam, ut cum amo-
tus fuero à villicatione, recipiant me in domos ſuas. 5
Convocatis itaque ſingulis debitoribus domini ſui, dice-
bat primo: Quantum debes domino meo? 6 At ille dixit:
Centum cados olei. Dixitque illi: Accipe cautionem tuam;
& ſede cito, ſcribe quinquaginta. 7 Deinde alii dixit: Tu
vero quantum debes? Qui ait: Centum coros tritici. Ait
illi: Accipe literas tuas, & ſcribe octoginta. 8 Et laudavit
dominus villicum iniquitatis, quia prudenter feciſſet:
quia filii hujus ſeculi prudentiores filiis lucis in genera-
tione ſua ſunt. 9 Et ego vobis dico: Facite vobis amicos
de mammona iniquitatis; ut cum defeceritis, recipiant
vos in æterna tabernacula.

299. 10 Qui fidelis eſt in minimo, & in majori fidelis §. 299.
eſt: & qui in modico iniquus eſt, & in majori iniquus
eſt. 11 Si ergo in iniquo mammona fideles non fuiſtis;
quod verum eſt, quis credet vobis? 12 Et ſi in alieno fi-
deles non fuiſtis; quod veſtrum eſt, quis dabit vobis?

M. 24 Nemo poteſt duobus dominis ſervire: aut enim unum odio habebit, & alterum diliget; aut unum ſuſtinebit, & alterum contemnet. Non poteſtis Deo ſervire & mammonæ. — 296.

L. 13 Nemo ſervus poteſt duobus dominis ſervire: aut enim unum odiet, & alterum diliget; aut uni adhærebit, & alterum contemnet. Non poteſtis Deo ſervire & mammonæ.

L. 14 Audiebant autem oīa hæc Phariſæi, qui erant avari;
& deridebant illum. 15 Et ait illis: Vos eſtis qui juſtificatis
vos coram hominibus; Deus autem novit corda veſtra:
quia quod hominibus altum eſt, abominatio eſt ante Deum.
— 138

§. 300. 300. 19 Homo quidam erat dives, qui induebatur pur-
pura & byſſo, & epulabatur quotidie ſplendide; 20 &
erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui jacebat ad
januam ejus, ulceribus plenus, 21 cupiens ſaturari de
micis, quæ cadebant de menſa divitis, & nemo illi da-
bat: ſed & canes veniebant, & lingebant ulcera ejus.
22 Factum eſt autem ut moreretur mendicus, & porta-
retur ab Angelis in ſinum Abrahæ. Mortuus eſt autem &
dives, & ſepultus eſt in inferno. 23 Elevans autem ocu-
los ſuos, cum eſſet in tormentis, vidit Abraham à lon-
ge, & Lazarum in ſinu ejus: 24 & ipſe clamans di-
xit: Pater Abraham, miſerere mei, & mitte Lazarum,
ut intingat extremum digiti ſui in aquam, ut refrige-
ret linguam meam; quia crucior in hac flamma. 25 Et
dixit illi Abraham: Fili, recordare quia recepiſti bona
in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala: nunc autem hic
conſolatur, tu vero cruciaris. 26 Et in his omnibus inter
nos & vos chaos magnum firmatum eſt; ut hi, qui vo-
lunt hinc tranſire ad vos, non poſſint, neque inde huc
tranſmeare. 27 Et ait: Rogo ergo te pater, ut mittas eum
in domum patris mei; 28 habeo enim quinque fratres;
ut teſtetur illis, ne & ipſi veniant in hunc locum tor-
mentorum. 29 Et ait illi Abraham: Habent Moyſen
& Prophetas; audiant illos. 30 At ille dixit: Non, pa-
ter Abraham: ſed ſi quis ex mortuis ierit ad eos, pœ-
nitentiam agent. 31 Ait autem illi: Si Moyſen & Pro-
phetas non audiunt, neque ſi quis ex mortuis reſurre-
xerit, credent. — 228

Qua via eundum in Cœlum.

M. 7. L. 13.

§. 301. 301 L. 23 Ait autem illi quidam: Domine, ſi pauci ſunt
qui ſalvantur? Ipſe autem dixit ad illos:

M 13 Intrate per anguſtam portam; quia	L. 24 Contendite intrare per anguſtam portam; quia

M. lata porta, & ſpatioſa via eſt, quæ ducit ad per-
ditionem, & multi ſunt qui intrant per eam. 14 Quam
anguſta porta, & arcta via eſt, quæ ducit ad vitam;
& pauci ſunt qui inveniunt eam! — 130

L. Multi, dico vobis, quærent intrare, & non poterunt. 25 Cum autem intraverit paterfamilias, & clauſerit oſtium, incipietis foris ſtare, & pulſare oſtium dicentes; Domine, aperi nobis: & reſpondens, dicet vobis: Neſcio vos unde ſitis. 26 Tunc incipietis dicere: Manducavimus coram te, & bibimus, & in plateis noſtris docuiſti. 27 Et dicet vobis: Neſcio vos unde ſitis.

302. M. 22 Multi dicent mihi in illa die, Domine, §. 302.
Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, & in nomine tuo dæmonia ejecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? 23 Et tunc confitebor illis: Quia numquam novi vos.

M Diſcedite à me, qui operamini iniquitatem. — 131

L. Diſcedite à me oēs operarii iniquitatis. — 304

M. 7. L. 5.

303. L. 46 Quid autem vocatis me, Domine, Do- §. 303.
mine; & non facitis quæ dico? — 131

M. 21 Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in Regnum Cœlorum: ſed qui facit voluntatem Patris mei, qui in Cœlis eſt, ipſe intrabit in Regnum Cœlorum. — 302

L. 13.

304. L. 28 Ibi erit fletus, & ſtridor dentium; cum videritis §. 304.
Abraham, & Iſaac, & Jacob, & omnes Prophetas in Regno Dei, vos autem expelli foras. 29 Et venient ab Oriente, & Occidente, & Aquilone, & Auſtro; & accumbent in Regno Dei. 30 Et ecce ſunt noviſſimi qui erunt primi, & ſunt primi qui erunt noviſſimi.

305. 31 In ipſa die acceſſerunt quidam Phariſæorum, §. 305.
dicentes illi: Exi, & vade hinc; quia Herodes vult te occidere. 32 Et ait illis: Ite, & dicite vulpi illi: Ecce ejicio dæmonia, & ſanitates perficio hodie & cras, & tertia die conſummor. 33 Verumtamen oportet me hodie, & cras, & ſequenti die ambulare: quia non capit Prophetam perire extra Jeruſalem. — 328

SUSCITAT JESUS QUATRIDUANUM MORTUUM.

J. 11.

§. 306. 306. 1 Erat autem quidam languens Lazarus à Betha-
nia, de caſtello Mariæ, & Marthæ ſororis ejus. 2 (Ma-
† Art. 141. & 319. ria autem erat, quæ † unxit Dominum unguento, &
exterſit pedes ejus capillis ſuis; cujus frater Lazarus
infirmabatur.) 3 Miſerunt ergo ſorores ejus ad eum, di-
centes: Domine, ecce quem amas infirmatur. 4 Audiens
autem Jeſus, dixit eis: Infirmitas hæc non eſt ad mor-
tem, ſed pro gloria Dei, ut glorificetur Filius Dei per
eam. 5 Diligebat autem Jeſus Martham, & ſororem
ejus Mariam, & Lazarum. 6 Ut ergo audivit quia in-
firmabatur, tunc quidem manſit in eodem loco duobus
diebus: 7 deinde poſt hæc dixit diſcipulis ſuis: Eamus
† Art. 277. in Judæam iterum. 8 Dicunt ei diſcipuli: Rabbi, †
nunc quærebant te Judæi lapidare, & iterum vadis il-
luc? 9 Reſpondit Jeſus: Nonne duodecim ſunt horæ diei?
Si quis ambulaverit in die, non offendit; quia lucem
hujus mundi videt: 10 Si autem ambulaverit in nocte,
offendit; quia lux non eſt in eo. 11 Hæc ait, & poſt
hæc dixit eis: Lazarus amicus noſter dormit: ſed va-
do, ut à ſomno excitem eum. 12 Dixerunt ergo diſci-
puli ejus: Dñe, ſi dormit, ſalvus erit. 13 Dixerat autem Je-
ſus de morte ejus, illi autem putaverunt quia de dor-
mitione ſomni diceret. 14 Tunc ergo Jeſus dixit eis ma-
nifeſte: Lazarus mortuus eſt; 15 & gaudeo propter vos,
ut credatis, quoniam non eram ibi; ſed eamus ad eum.
16 Dixit ergo Thomas, qui dicitur Didymus, ad con-
diſcipulos: Eamus & nos, ut moriamur cum eo.

§. 307. 307. 17 Venit itaque Jeſus, & invenit eum quatuor dies
jam in monumento habentem. 18 (Erat autem Bethania
juxta Jeroſolymam quaſi ſtadiis quindecim.) 19 Multi au-
tem ex Judæis venerant ad Martham & Mariam, ut con-
ſolarentur eas de fratre ſuo. 20 Martha ergo ut audivit
quia Jeſus venit, occurrit illi; Maria autem domi ſedebat.
21 Dixit ergo Martha ad Jeſum: Domine, ſi fuiſſes hîc,
frater meus non fuiſſet mortuus: 22 ſed & nunc ſcio quia
quæcumque popoſceris à Deo, dabit tibi Deus. 23 Dicit
illi Jeſus: Reſurget frater tuus. 24 Dicit ei Martha: Scio
quia reſurget in reſurrectione in noviſſimo die. 25 Dixit ei

Jeſus: Ego ſum reſurrectio, & vita: qui credit in me,
etiamſi mortuus fuerit, vivet; 26 & omnis qui vivit &
credit in me, non morietur in æternum. Credis hoc? 27
Ait illi: Utique Domine, ego credidi quia tu es Chriſtus
Filius Dei vivi, qui in hunc mundum veniſti.

308. 28 Et cum hæc dixiſſet, abiit, & vocavit Mariam §. 308.
ſororem ſuam ſilentio, dicens: Magiſter adeſt, & vocat
te. 29 Illa ut audivit, ſurgit cito, & venit ad eum: 30
nondum enim venerat Jeſus in caſtellum; ſed erat adhuc
in illo loco, ubi occurrerat ei Martha. 31 Judæi ergo,
qui erant cum ea in domo, & conſolabantur eam, cum
vidiſſent Mariam, quia cito ſurrexit, & exiit, ſecuti ſunt
eam, dicentes: Quia vadit ad monumentum, ut ploret
ibi 32 Maria ergo cum veniſſet ubi erat Jeſus, videns
eum, cecidit ad pedes ejus, & dicit ei: Domine, ſi fuiſſes
hîc, non eſſet mortuus frater meus. 33 Jeſus ergo ut vi-
dit eam plorantem, & Judæos, qui venerant cum ea, plo-
rantes, infremuit ſpiritu & turbavit ſeipſum; 34 & dixit:
Ubi poſuiſtis eum? Dicunt ei: Domine, veni, & vide:
35 Et lacrymatus eſt Jeſus. 36 Dixerunt ergo Judæi: Ecce
quomodo amabat eum! 37 Quidam autem ex ipſis dixe-
runt: Non poterat hic, qui † aperuit oculos cæci nati, † Art. 250.
facere ut hic non moreretur?

309. 38 Jeſus ergo rurſum fremens in ſemetipſo, venit §. 309.
ad monumentum. Erat autem ſpelunca, & lapis ſuperpo-
ſitus erat ei. 39 Ait Jeſus: Tollite lapidem. Dicit ei Mar-
tha, ſoror ejus qui mortuus fuerat: Domine, jam fœtet,
quatriduanus eſt enim. 40 Dicit ei Jeſus: Nonne dixi ti-
bi, quoniam ſi credideris, videbis gloriam Dei? 41 Tu-
lerunt ergo lapidem. Jeſus autem elevatis ſurſum oculis,
dixit: Pater, gratias ago tibi, quoniam audiſti me: 42
ego autem ſciebam quia ſemper me audis; ſed propter
populum, qui circumſtat, dixi; ut credant quia tu me
miſiſti. 43 Hæc cum dixiſſet, voce magna clamavit: La-
zare, veni foras. 44 Et ſtatim prodiit qui fuerat mortuus,
ligatus pedes & manus inſtitis; & facies illius ſudario
erat ligata. Dixit eis Jeſus: Solvite eum, & ſinite abire.
45 Multi ergo ex Judæis, qui venerant ad Mariam &
Martham, & viderant quæ fecit Jeſus, crediderunt in
eum. 46 Quidam autem ex ipſis abierunt ad Phariſæos, &
dixerunt eis quæ fecit Jeſus.

Concilium Judæorun adversus Jesum.

J. 11.

§. 310. 310. 47 Collegerunt ergo Pontifices & Phariſæi concilium, & dicebant: Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit? 48 Si dimittimus eum ſic, omnes credent in eum, & venient Romani, & tollent noſtrum locum, & gentem. 49 Unus autem ex ipſis Caiphas nomine, cum eſſet Pontifex anni illius, dixit eis: Vos neſcitis quidquam, 50 nec cogitatis quia expedit vobis ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. 51 Hoc autem à ſemetipſo non dixit; ſed cum eſſet Pontifex anni illius, prophetavit quod Jeſus moriturus erat pro gente;
† Ez. 37. 21. 52 & non tantum pro gente, ſed ut † filios Dei, qui erant diſperſi, congregaret in unum. 53 Ab illo ergo die cogitaverunt ut interficerent eum. 54 Jeſus ergo jam non in palam ambulabat apud Judæos, ſed abiit in regionem juxta deſertum, in civitatem quæ dicitur Ephrem; & ibi morabatur cum diſcipulis ſuis.

§. 311. 311. 55 Proximum autem erat Paſcha Judæorum: & aſcenderunt multi Jeroſolymam de regione ante Paſcha, ut ſanctificarent ſeipſos. 56 Quærebant ergo Jeſum, & colloquebantur ad invicem, in Templo ſtantes: Quid putatis quia non venit ad diem feſtum? Dederant autem Pontifices & Phariſæi mandatum, ut ſi quis cognoverit ubi ſit, indicet, ut apprehendant eum. — 319

SECTIO X.

Jesus a Samaritanis rejectus.

L. 9.

§. 312. 312. 51 Factum eſt autem dum complerentur dies aſſumptionis ejus, & ipſe faciem ſuam firmavit ut iret in Jeruſalem. 52 Et miſit nuntios ante conſpectum ſuum: & euntes intraverunt in civitatem Samaritanorum, ut pararent illi: 53 Et non receperunt eum, quia facies ejus erat euntis in Jeruſalem. 54 Cum vidiſſent autem diſcipuli

ejus Jacobus & Joannes, dixerunt: Domine, vis dicimus
ut ignis deſcendat de cœlo, & conſumat illos? 55 Et con-
verſus increpavit illos, dicens: Neſcitis cujus ſpiritus eſtis:
56 Filius hominis non venit animas perdere, ſed ſalvare.
Et abierunt in aliud caſtellum. — 74

Mortem suam prædicit.

M. 20. m. 10. L. 18.

L. & tempus appropinquavit: nolite ergo ire poſt eos.

M 6 Audituri enĩ eſtis prelia,

m. 7 Cum audieritis autem bella,

L 9 Cum autem audieritis prælia,

M & opiniones præliorum, m. & opiniones bellorum;

L. & ſeditiones,

M. videte ne turbemini: oportet enim hæc fieri; ſed nondum eſt finis.

m ne timueritis: oportet enim hæc fieri; ſed nondum finis.

L nolite terreri: oportet primum hæc fieri; ſed nõdum ſtatim finis.

L. 10 Tunc dicebat illis:

M 7 Conſurget enim gens in gentem, & Regnum in Regnum: & erunt peſtilentiæ, & fames, & terræmotus per loca.

m 8 Exurget enĩ gens contra gentem, & Regnũ ſuper Regnum: & erunt terræ mot⁹ per loca, & fames.

L. Surget gens contra gentem, & Regnum adverſus Regnum: 11 Et terræmotus magni erunt per loca, & peſtilẽtiæ, & fames,

L. terroreſque de cœlo, & ſigna magna erunt.

M. 8 Hæc autem omnia initia ſunt dolorum. m Initium dolorum hæc.

365. m. 9 Videte autem voſmetipſos. Tradent §. 365.

L 12 Sed ante

m. enim

L. hæc omnia, injicient vobis manus ſuas, & perſequentur, tradentes

m. vos in 'concili is', & 'concilia

L. in Synagogas & cuſtodias.

m. In Synagogis vapulabitis,

m. & ante Præſides & Reges ſtabitis propter me L trahentes ad Reges & Preſides propter nomen meum:

L. 13 Continget autem vobis

m. in teſtimonium illis. — 367 L in teſtimonium.

366 L. 14 Ponite ergo in cordibus veſtris, §. 366.

m 11 Et cum duxerint vos tradentes,

m nolite præcogitare quid loquamini; L. non præmeditari quēadmodum reſpondeatis:

m. ſed quod datum vobis fuerit in illa hora, id loquimini.

L. 15 Ego enim dabo vobis os & ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere & contradicere omnes adverſarii veſtri:

m. non enim vos eſtis loquentes, ſed Spiritus ſanctus. 12 Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium: & conſurgent filii in parentes, & morte afficient eos.

M 9 Tunc tradent L. 16 Trademini autem

M. vos in tribulationem

L. à parentibus, & fratribus, & cognatis, & amicis;

M & occident vos: L. & morte afficient ex vobis:

M. & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. m 13 & eritis odio omnibus propter nomen meum. L 17 & eritis odio omnibus propter nomen meum. — b

M. 10 Et tunc ſcandalizabuntur multi, & invicem tradent, & odio habebunt invicem. 11 Et multi pſeudoprophetæ ſurgent, & ſeducent multos: 12 & quoniam abundavit iniquitas, refrigeſcet charitas multorum.

M. 13 Qui autem perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit. m Qui autem ſuſtinuerit in finem, hic ſalvus erit. — 368

L. a 19 In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras; -368
b 18 & capillus de capite veſtro non peribit. — a

§. 367. 367. M. 14 Et prædicabitur hoc Evangelium Regni in univerſo orbe, in teſtimonium omnibus gentibus; m 10 Et in oẽs gentes primum oportet prædicari Evangeliũ. — 366

M. & tunc veniet conſummatio.

§. 368. 368. L. 20 Cum autem videritis circumdari ab exercitu Jeruſalem, tunc ſcitote quia appropinquavit deſolatio ejus.

M. 15 Cum ergo videritis abominationem deſolationis, m 14 Cum autem videritis abominationem deſolationis

Dan. 9. 27. M. quæ dicta eſt à † Daniele Propheta,

M. ſtantem m ſtantem

M. in loco ſancto,

m. ubi non debet,

M. (qui legit intelligat) m (qui legit intelligat)

M. 16 tunc qui in Judæa ſunt, fugiāt ad montes; m tunc qui in Judæa ſunt, fugiant in mōtes; L 21 Tunc qui in Judæa ſunt, fugiāt ad montes;

L. & qui in medio ejus, diſcedant; & qui in regionibus, non intrent in eam;

M 17 & qui in tecto, non deſcendat tollere aliquid de domo ſua; 18 & qui in agro, non revertatur tollere tunicam ſuam. m. 15 & qui ſuper tectum, ne deſcendat in domum, nec introeat ut tollat quid de domo ſua; 16 & qui in agro erit, non revertatur retro tollere veſtimentum ſuum.

L. 22 Quia dies ultionis hi ſunt, ut impleantur omnia quæ ſcripta ſunt.

M. 19 Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus. m 17 Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus. L 23 Væ autem prægnantibus & nutriētibus in illis diebus.

M. 20 Orate autem ut non fiat fuga veſtra in hieme, m 18 Orate vero ut hieme non fiant.

M. vel Sabbato.

M 21 Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi uſque modo, neque fiet. m. 19 Erunt enim dies illi tribulationes tales, quales non fuerunt ab initio creaturæ, quam condidit Deus uſque nunc, neque fient.

L. Erit enim preſſura magna ſuper terram, & ira populo huic. 24 Et cadent in ore gladii; & captivi ducentur in omnes gentes, & Jeruſalem calcabitur à Gentibus, donec impleantur tempora Nationum. — 370

M 22 Et niſi breviati fuiſſent dies illi, non fieret ſalva omnis caro: ſed propter electos breviabuntur dies illi.

m. 20 Et niſi breviaſſet Dominus dies, non fuiſſet ſalva omnis caro: ſed propter electos, quos elegit, breviavit dies.

De ultimo Christi adventu, et quanta vigilantia sit expectandus.

M. 24. m. 13. L. 17.

§. 369. 369. L. 22 Et ait ad diſcipulos ſuos: Venient dies quando deſideretis videre unum diem Filii hominis, & non videbitis. 23 Et dicent vobis; Ecce hîc, & ecce illic.

M. 23 Tunc ſi quis vobis dixerit; Ecce hîc eſt Chriſtus, aut illic, nolite credere. 24 Surgent enim pſeudochriſti, & pſeudoprophetæ, & dabũt ſigna magna & prodigia, ita ut in errorem inducantur (ſi fieri poteſt) etiam electi.

m. 21 Et tunc ſi quis vobis dixerit; Ecce hîc eſt Chriſtus, ecce illic, ne credideritis. 22 Exurgẽt enim pſeudochriſti, & pſeudoprophetæ, & dabunt ſigna & portenta ad ſeducendos (ſi fieri poteſt) etiam electos.

m. 23 Vos ergo videte:

M 25 Ecce prædixi vobis. m. ecce prædixi vobis omnia.

M. 26 Si ergo dixerint vobis; Ecce in deſerto eſt,

M. nolite exire, L Nolite ire,

L. neque ſectemini;

M. ecce in penetralibus, nolite credere.

M. 27 Sicut enim fulgur L 24 Nam ſicut fulgur

M. exit ab Oriente, &

L. coruſcans de ſub cœlo, in ea quæ ſub cœlo ſunt

M paret L. fulget

M. uſque in Occidentem ;

M. ita erit & adventus Filii hominis. — 376

L ita erit Filius hominis in die ſua.

L. 25 Primum autem oportet illum multa pati, & reprobari à generatione hac. — 373

M. 24. m. 13. L. 21.

370 M. 29 Statim autem poſt tribulationem dierum illorum §. 370.

m 24 Sed in illis diebus, poſt tribulationem illam

L 25 Et erunt ſigna in ſole, & luna, & ſtellis : — b

M. Sol obſcurabitur, & luna non dabit lumen ſuum, & ſtellæ cadent de cœlo,

m ſol contenebrabitur, & luna non dabit ſplendorem ſuũ, 25 & ſtellæ cœli erunt decidentes,

M. & virtutes cœlorum commovebuntur.

m & virtutes, quæ in cœlis ſunt, movebuntur.

L a nam virtutes cœlorũ movebuntur. — c

L. b Et in terris * preſſura gentium, præ confuſione ſonitus maris & fluctuum ; 26 areſcentibus hominibus præ timore, & expectatione, quæ ſupervenient univerſo orbi.—a

* erit

M. 30 Et tunc parebit ſignum Filii hominis in cœlo : & tunc plangent omnes tribus terræ :

M. & videbũt Filium hominis venientem in nubibus cœli cum virtute multa, & majeſtate.

m 26 Et tunc videbunt Filium hominis venientem in nubibus cum virtute multa, & gloria.

L c 27 Et tunc videbunt Filium hominis venientem in nube cum poteſtate magna, & majeſtate.

M 31 Et mittet Angelos ſuos

m. 27 Et tunc mittet Angelos ſuos

M. cum tuba, & voce magna :

m. 13. M. & congregabunt electos ejus a quatuor ventis, à ſummis cœlorum uſque ad terminos eorum.

L. 21. m & congregabit electos ſuos à quatuor ventis, à ſummo terræ uſque ad ſummum cœli.

§. 371. 371. L. 28 His autem fieri incipientibus, reſpicite, & levate capita veſtra; quoniam appropinquat redemptio veſtra. 29 Et dixit illis:

M. 32 Ab arbore autem fici diſcite

m 28 A ficu autem diſcite

M. parabolam. m parabolam. L ſimilitudinem.

L Videte ficulneam & omnes arbores, 30 cum producunt jam ex ſe fructum,

M Cum jam ramus ejus tener fuerit, & folia nata,

m. cum jam ramus ejus tener fuerit, & nata fuerint folia,

M. ſcitis quia prope eſt æſtas: 33 Ita & vos cum videritis hæc omnia ſcitote quia prope eſt in januis 34 Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hęc, donec omnia hæc fiant. 35 Cœlum & terra tranſibunt; verba autem mea non præteribunt.

m cognoſcitis quia in proximo ſit ęſtas: 29 Sic & vos cum videritis hæc fieri, ſcitote quod in proximo ſit in oſtiis. 30 Amen dico vobis, quoniam non tranſibit generatio hæc, donec omnia iſta fiant. 31 Cœlum & terra tranſibũt; verba autem mea non tranſibunt.

L ſcitis quoniam prope eſt æſtas: 31 Ita & vos cũ videritis hęc fieri, ſcitote quoniã prope eſt Regnũ Dei. 32 Amẽ dico vobis, quia non pręteribit generatio hęc, donec omnia fiãt. 33 Cœlũ & terra tranſibunt; verba autem mea non tranſibunt.

M. 36 De die autem illa, & hora, nemo ſcit, neque Angeli Cœlorum,

m 32 De die autem illo, vel hora, nemo ſcit, neque Angeli in Cœlo,

m. neque Filius,

M. niſi ſolus Pater. m niſi Pater.

372. L. 34 Attendite autem vobis, ne forte graventur corda veſtra in crapula, & ebrietate, & curis hujus vitæ; & ſuperveniat in vos repentina dies illa: 35 tamquam laqueus enim ſuperveniet in omnes, qui ſedent ſuper faciem omnis terræ. — 377 b §. 372.

M. 24. L. 17.

373. M 37 Sicut autem in diebus Noe, ita erit & adventus Filii hominis.	L. 26 Et ſicut factum eſt in diebus Noe, ita erit & in diebus Filii hominis. §. 373.

M. 38 Sicut enim erant in diebus ante diluvium

M. comedentes & bibentes, nubentes & nuptui tradentes, uſque ad eum diem quo † intravit Noe in arcam;	L 27 Edebant & bibebant; uxores ducebant & dabantur ad nuptias, uſque in diem qua intravit Noe in arcam; † Gen. 7. 7.

M. 39 & non cognoverunt, donec

M. venit, diluvium; & tulit omnes:	L & venit diluvium, & perdidit omnes.

M. ita erit & adventus Filii hominis.

374. L. 28 Similiter ſicut factum eſt in diebus Lot: edebant, & bibebant; emebant, & vendebant; plantabant, & ædificabant: 29 Qua die autem exiit Lot à Sodómis, † pluit ignem & ſulfur de cœlo, & omnes perdidit: 30 ſecundum hæc erit qua die Filius hominis revelabitur. 31 In illa hora qui fuerit in tecto, & vaſa ejus in domo, ne deſcendat tollere illa: & qui in agro, ſimiliter non redeat retro. 32 Memores eſtote † uxoris Lot. 33 Quicumque quæſierit animam ſuam ſalvam facere, perdet illam: & quicumque perdiderit illam, vivificabit eam. §. 374. † Gen. 19. 24. † Ge. 19. 26.

375. 34 Dico vobis: §. 375.

M. 40 Tunc — b

L. in illa nocte erunt duo in lecto uno; unus aſſumetur, & alter relinquetur:

M. [a] 41 duæ molentes in mola; una aſſumetur, & una relinquetur: — 379 [b] duo erunt in agro; unus aſſumetur, & unus relinquetur. — a

L. 35 duæ erunt molentes in unum; una aſſumetur, & altera relinquetur: duo in agro; unus aſſumetur, & alter relinquetur.

§. 376. 376. L. 36 Reſpondentes dicunt illi: Ubi, Domine? 37 Qui dixit illis:

M. 28 Uicumque fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ. — 370

L. Ubicumque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ. — 378

m. 13. L. 21.

§. 377. 377. L. [a] Itaque — c

m. 33 videte,

m. vigilate, & L [b] 36 vigilate, — a

L. [c] omni tempore

m. orate; L orantes;

L. ut digni habeamini fugere iſta omnia quæ futura ſunt, & ſtare ante Filium hominis: — 362

m. neſcitis enim quando tempus ſit.

L. 18.

§. 378. 378. 1 dicebat autem & parabolam ad illos, quoniam oportet ſemper orare, & non deficere, 2 dicens: Judex quidam erat in quadam civitate, qui Deum non timebat, & hominem non reverebatur. 3 Vidua autem quædam erat in civitate illa, & veniebat ad eum, dicens: Vindica me de adverſario meo. 4 Et nolebat per multum tempus. Poſt hæc autem dixit intra ſe: Etſi Deum non timeo, nec hominem revereor; 5 tamen quia moleſta eſt mihi hæc vidua, vindicabo illam, ne in noviſſimo veniens ſuggillet me. 6 Ait autē Dominus: Audite quid judex iniquitatis dicit: 7 Deus autem non faciet vindictam electorum ſuo-

rum clamantium ad ſe die ac nocte, & patientiam habebit in illis? 8 Dico vobis, quia cito faciet vindictam illorum. Verumtamen Filius hominis veniens, putas, inveniet fidem in terra? — 360.

M. 24. m. 13. L. 12.

379. m. 34. Sicut homo, qui peregre profectus reliquit domum ſuam, & dedit ſervis ſuis poteſtatem cujuſque operis, & janitori præcepit ut vigilet. §. 379.

M 42 Vigilate ergo, quia neſcitis qua hora Dominus veſter venturus ſit.

m. 35 Vigilate ergo (neſcitis enim quando dominus domus veniat;

m. ſero, an media nocte, an galli cantu, an mane) 36 ne cum venerit repente, inveniat vos dormientes.

§. 380.

380. L. 35 Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris; 36 & vos ſimiles hominibus expectantibus dominum ſuum quando revertatur à nuptiis: ut cum venerit & pulſaverit, confeſtim aperiant ei. 37 Beati ſervi illi, quos cum venerit dominus, invenerit vigilantes! Amen dico vobis, quod præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis. 38 Et ſi venerit in ſecunda vigilia, & ſi in tertia vigilia venerit, & ita invenerit, beati ſunt ſervi illi.

M. 43 Illud autem ſcitote, quoniam ſi ſciret paterfamilias qua hora fur venturus eſſet, vigilaret utique, & non ſineret perfodi domum ſuam. 44 Ideo & vos eſtote parati; quia qua neſcitis hora Filius hominis venturus eſt.

L 39 Hoc autem ſcitote, quoniam ſi ſciret paterfamilias qua hora fur veniret, vigilaret utique, & non ſineret perfodi domum ſuam. 40 Et vos eſtote parati; quia qua hora non putatis Filius hominis veniet.

L. 41 Ait autem ei Petrus: Domine, ad nos dicis hanc parabolam, an & ad omnes? 42 Dixit autem Dominus:

m. 37 Quod autem vobis dico, omnib⁹ dico: Vigilate. — 385

§.381. 381.M 45 Quis, putas, eſt fidelis ſervus, & prudens, quem conſtituit dominus ſuus ſuper familiam ſuã, ut det illis cibum in........... tempore? 46 Beatus ille ſervus, quem cum venerit dominus ejus, invenerit ſic facientem. 47 Amen dico vobis, quoniam ſuper omnia bona ſua conſtituet eũ. 48 Si autem dixerit malus ſervus ille in corde ſuo; Moram facit dñs meus venire; 49 & cœperit percutere conſervos ſuos,

L. Quis, putas, eſt fidelis diſpenſator, & prudens, quem conſtituit dominus ſupra familiam ſuam, ut det illis in tempore tritici menſuram? 43 Beatus ille ſervus, quem cum venerit dominus, invenerit ita facientem 44 Vere dico vobis, quoniam ſupra omnia quæ poſſidet, conſtituet illum. 45 Quod ſi dixerit ſervus ille in corde ſuo; Moram facit dominus meus venire; & cœperit percutere ſervos,

L. & ancillas;

M manducet autem & bibat

L. & edere & bibere

M. cum ebrioſis,

L. & inebriari;

M. 50 veniet dñs ſervi illius in die qua non ſperat, & hora qua ignorat; 51 & dividet eum, partemq; ejus ponet

L 46 veniet dns ſervi illius in die qua non ſperat, & hora qua neſcit; & dividet eum, partemque ejus — b a ponet — c

L. b cum infidelibus, — a

M. cum hypocritis. Illic erit fletus & ſtridor dentiũ.-383

L. c 47 Ille autem ſervus, qui cognovit voluntatem domini ſui, & non præparavit, & non fecit ſecundum voluntatem ejus, vapulabit multis: 48 qui autem non cognovit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis. Omni autem cui multum datum eſt, multum quæretur ab eo; & cui commendaverunt multum, plus petent ab eo.—382.

M. 25.

382. 14 Sicut enim homo peregre proficiſcens vocavit §. 382.
ſervos ſuos, & tradidit illis bona ſua: 15 & uni dedit
quinque talenta, alii autem duo, alii vero unum; uni-
cuique ſecundum propriam virtutem: & profectus eſt ſta-
tim. 16 Abiit autem qui quinque talenta acceperat, &
operatus eſt in eis, & lucratus eſt alia quinque. 17 Si-
militer & qui duo acceperat, lucratus eſt alia duo. 18
Qui autem unum acceperat, abiens fodit in terram,
& abſcondit pecuniam domini ſui. 19 Poſt multum vero
temporis venit dominus ſervorum illorum, & poſuit ra-
tionem eum eis. 20 Et accedens qui quinque talenta acce-
perat, obtulit alia quinque talenta, dicens: Domine,
quinque talenta tradidiſti mihi ecce alia quinque ſuper-
lucratus ſum. 21 Ait illi dominus ejus: Euge ſerve bone
& fidelis; quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te
conſtituam: intra in gaudium domini tui. 22 Acceſſit au-
tem & qui duo talenta acceperat, & ait: Domine, duo
talenta tradidiſti mihi, ecce alia duo lucratus ſum. 23
Ait illi dominus ejus: Euge ſerve bone & fidelis; quia
ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam: in-
tra in gaudium domini tui. 24 Accedens autem & qui
unum talentum acceperat, ait: Domine, ſcio quia ho-
mo durus es, metis ubi non ſeminaſti, & congregas
ubi non ſparſiſti: 25 & timens abii, & abſcondi talentum
tuum in terra; ecce habes quod tuum eſt. 26 Reſpondens
autem dominus ejus, dixit ei: Serve male & piger, ſcie-
bas quia meto ubi non ſemino, & congrego ubi non ſpar-
ſi: 27 oportuit ergo te committere pecuniam meam nu-
mulariis, & veniens ego recepiſſem utique quod meum
eſt cum uſura. 28 Tollite itaque ab eo talentum, & da-
te ei qui habet decem talenta: 29 (omni enim habenti
dabitur, & abundabit; ei autem qui non habet, & quod
videtur habere auferetur ab eo) 30 Et inutilem ſervum
ejicite in tenebras exteriores. Illic erit fletus, & ſtridor
dentium. — 384

383. 1 Tunc ſimile erit Regnum Cœlorum decem vir- § 383.
ginibus, quæ accipientes lampades ſuas, exierunt ob-
viam ſponſo & ſponſæ. 2 Quinque autem ex eis erant fa-
tuæ, & quinque prudentes; 3 ſed quinque fatuæ acce-
ptis lampadibus non ſumpſerunt oleum ſecum: 4 pruden-

tes vero acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus.
5. Moram autem faciente ſponſo, dormitaverunt omnes
& dormierunt. 6 Media autem nocte clamor factus eſt:
Ecce ſponſus venit, exite obviam ei. 7 Tunc ſurrexerunt
omnes virgines illæ, & ornaverunt lampades ſuas. 8 Fa-
tuæ autem ſapientibus dixerunt: Date nobis de oleo ve-
ſtro, quia lampades noſtræ extinguuntur. 9 Reſponderunt
prudentes, dicentes: Ne forte non ſufficiat nobis & vo-
bis, ite potius ad vendentes, & emite vobis. Dum au-
tem irent emere, venit ſponſus; & quæ paratæ erant in-
traverunt cum eo ad nuptias, & clauſa eſt janua. 11 No-
viſſime vero veniunt & reliquæ virgines, dicentes: Do-
mine, Domine, aperi nobis. 12 At ille reſpondens, ait:
Amen dico vobis, neſcio vos. 13 Vigilate itaque, quia
neſcitis diem neque horam. — 382

De judicio universali.

M. 25.

§. 384. 384. 31 Cum autem venerit Filius hominis in maje-
ſtate ſua, & omnes Angeli cum eo, tunc ſedebit ſuper
ſedem majeſtatis ſuæ. 32 & congregabuntur ante eum om-
nes gentes, & ſeparabit eos ab invicem, ſicut paſtor ſe-
gregat oves ab hædis: 33 & ſtatuet oves quidem à dex-
tris ſuis, hædos autem à ſiniſtris. 34 Tunc dicet Rex his,
qui à dextris ejus erunt: Venite benedicti Patris mei,
poſſidete paratum vobis Regnum à conſtitutione mundi.
35 Eſurivi enim, & dediſtis mihi manducare; ſitivi, &
dediſtis mihi bibere; hoſpes eram, & collegiſtis me; 36 nu-
dus, & cooperuiſtis me; infirmus, & viſitaſtis me; in
carcere eram, & veniſtis ad me. 37 Tunc reſpondebunt
ei juſti, dicentes: Domine, quando te vidimus eſurien-
tem, & pavimus te? ſitientem, & dedimus tibi potum?
38 quando autem te vidimus hoſpitem, & collegimus te?
aut nudum, & cooperuimus te? 39 aut quando te vidi-
mus infirmum, aut in carcere, & venimus ad te? 40 Et
reſpondens Rex, dicet illis: Amen dico vobis, quamdiu
feciſtis uni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis.
41 Tunc dicet & his, qui à ſiniſtris erunt: Diſcedite à me
maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & an-
gelis ejus. 42 Eſurivi enim, & non dediſtis mihi man-
ducare; ſitivi, & non dediſtis mihi potum; 43 hoſpes

eram, & non collegiſtis me; nudus, & non cooperuiſtis
me; infirmus & in carcere, & non viſitaſtis me. 44 Tunc
reſpondebunt ei & ipſi, dicentes: Domine, quando te vi-
dimus eſurientem, aut ſitientem, aut hoſpitem, aut nu-
dum, aut infirmum, aut in carcere; & non miniſtravi-
mus tibi? 45 Tunc reſpondebit illis, dicens: Amen dico
vobis, quamdiu non feciſtis uni de minoribus his, nec
mihi feciſtis. 46 Et ibunt hi in ſupplicium æternum, ju-
ſti autem in vitam æternam.

SECTIO XII.

Concilium Judæorum adversus Jesum.

M. 26. m. 14. L. 22.

385. m. 1 Erat autem Paſcha & Azyma	L. 1 Appropinquabat autem dies feſtus Azymorum, qui dicitur Paſcha. 2 Et — b	§. 385.

M. 1 Et factum eſt, cum conſummaſſet Jeſus ſermones hos omnes, dixit diſcipulis ſuis: 2 Scitis quia

M. poſt biduum	m poſt biduum. Et — b

M. Paſcha fiet, & Filius hominis tradetur ut crucifigatur. 3 Tunc congregati ſunt

M. Principes Sacerdotum	m a ſummi Sacerdotes	L a Principes Sacerdotum

m. & Scribæ — c	L & Scribæ — c

M. & Seniores populi in atrium Principis Sacerdotum, qui dicebatur Caiphas:

M. 4 & conſiliũ fecerunt ut Jeſum	m b quærebãt — a c quomodo eum	L b quærebãt — a c quomodo Jeſũ
M. dolo tenerent, &	m dolo tenerent, &	
M. occiderent.	m occiderent.	L interficerent:

m. 14. M. 5 Dicebant autem: Non in die feſto;

L. 22. m 2 Dicebant autē: Non in die feſto;

M. ne forte tumultus fieret in populo. — 319

m ne forte tumultus fieret in populo. — 319

L timebant vero plebem.

JUDÆ PACTUM CUM JUDÆIS.

M. 26. m. 14. L. 22.

§. 386. 386. L. 3 Intravit autem ſatanas in Judam,

M 14 Tunc abiit unus de duodecim, qui dicebatur Judas Iſcariotes, ad Principes Sacerdotum;

m 10 Et Judas Iſcariotes, unus de duodecim, abiit ad ſummos Sacerdotes,

L. qui cognominabatur Iſcariotes, unum de duodecim: 4 Et abiit, & locutus eſt cum Principibus Sacerdotum,

L. & Magiſtratibus,

m ut proderet eũ illis. L. quēadmodum illũ traderet eis,

M. 15 & ait illis: Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam?

M. At illi m 11 Qui

M. audientes,

m. gaviſi ſunt; & promiſerunt ei pecuniā ſe daturos, &

L 5 Et gaviſi ſunt, & pacti ſunt pecuniam illi dare.

M. conſtituerunt ei triginta argenteos.

L. 6 Et ſpopondit.

M. 16 Et exinde

M. quærebat opportunitatem, ut eum traderet

m quærebat quomodo illũ opportune traderet.

L Et quærebat opportunitatem, ut traderet illum

L. ſine turbis.

JESUS

JESUS CUM APOSTOLIS AGNUM PASCHALEM MANDUCAT.

M. 26. m. 14. L. 22. J. 13.

387. J. 1 Ante diem feſtum Paſchæ, §. 387.

M. 17 † prima autem die Azymorum,

m 12 Et primo die Azymorum,

L 7 Venit autem dies Azymorum,

† Ex. 12. 18

m quando Paſcha immolabant,

L. in qua neceſſe erat † occidi Paſcha,

† Ex. 12. 6.

M. acceſſerunt diſcipuli ad Jeſum, dicẽtes: Ubi vis paremus tibi comedere Paſcha?

m dicunt ei diſcipuli:...... Quo vis eamus, & paremus tibi ut manduces Paſcha?

m 13 Et mittit

L. 8 Et miſit

m. duos ex diſcipulis ſuis

L. Petrum & Joannem,

M 18 At Jeſus dixit: Ite

m & dixit eis: Ite

L. dicens Euntes

M. in civitatem

m in civitatem, &

M. ad quemdam, &

L. parate nobis Paſcha ut manducemus. 9 At illi dixerunt: Ubi vis paremus? 10 Et dixit ad eos: Ecce introeuntibus vobis in civitatem,

m. occutret vobis homo lagenam aquæ bajulans, ſequimini eum

L occurret vobis homo quidam amphoram aquæ portans, ſequimini eum

L. in domum in quam intrat;

m. 14 & quocumque introierit,

M. 26.
m. 14.
L. 22.
J. 13.

M dicite ei : Magiſter dicit :

m dicite domino domus, quia Magiſter dicit :

L [11] & dicetis patrifamilias domus : Dicit tibi Magiſter :

M. Tempus meum prope eſt, apud te facio Paſcha :

m Ubi eſt refectio mea, ubi Paſcha

L. Ubi eſt diverſorium, ubi Paſcha

M cum diſcipulis meis.

m. cum diſcipulis meis

L cum diſcipulis meis

m. manducem ? [15] Et ipſe vobis demonſtrabit cœnaculum grande ſtratum ; & illic parate nobis. [16] Et abierunt diſcipuli ejus,

L manducem? [12] Et ipſe oſtendet vobis cœnaculum magnũ ſtratum ; & ibi parate. [13] Euntes autem

m. & venerunt in civitatem : &

m. invenerunt ſicut dixerat illis ;

L invenerunt ſicut dixit illis ;

M. [19] & fecerunt diſcipuli ſicut conſtituit illis Jeſus,

M. & paraverunt Paſcha.

m & paraverunt Paſcha.

L & paraverunt Paſcha.

M. [20] Veſpere autem facto,

m [17] Veſpere autem facto,

m. venit cum duodecim :

L. [14] & cum facta eſſet hora,

M diſcumbebat cum duodecim diſcipulis ſuis.

L. diſcubuit, & duodecim Apoſtoli cum eo.

J. Sciens Jeſus quia venit hora ejus, ut tranſeat ex hoc mundo ad Patrem ; cum dilexiſſet ſuos qui erant in mundo, in finem dilexit eos.

m. [18] Et diſcumbentibus eis,

M 21 Et edentibus illis, m. & manducantibus,

M. dixit: — 391 m ait Jeſus: — 391 L 15 Et ait illis:

L. Deſiderio deſideravi hoc Paſcha manducare vobiſcum antequam patiar: 16 Dico enim vobis quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in Regno Dei.

388. 17 Et accepto calice, gratias egit, & dixit: Accipite, & dividite inter vos: §. 388.

M 29 Dico autem.... vobis: non bibam amodo de hoc genimine vitis uſq; in diem illũ, cum illud bibam vobiſcum novum in Regno Patris mei. — 395	m 25 Amen dico vobis, quia jã non bibã de hoc genimine vitis uſq; in diem illum, cum illud bibam novũ in Regno Dei. - 395	L. 18 Dico enĩ vobis, quod non bibam de generatione... vitis, donec Regnum Dei veniat. 394

EORUM PEDES LAVAT.

J. 13.

389. 2 Et cœna facta (cum diabolus jam miſiſſet in cor ut traderet eum Judas Simonis Iſcariotæ) 3 ſciens quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exivit, & ad Deum vadit; 4 ſurgit à cœna, & ponit veſtimenta ſua; & cum accepiſſet linteum, præcinxit ſe: 5 deinde mittit aquam in pelvim, & cœpit lavare pedes diſcipulorum, & extergere linteo, quo erat præcinctus. 6 Venit ergo ad Simonem Petrum: & dicit ei Petrus: Domine, tu mihi lavas pedes? 7 Reſpondit Jeſus, & dixit ei: Quod ego facio, tu neſcis modo, ſcies autem poſtea. 8 Dicit ei Petrus: Non lavabis mihi pedes in æternum. Reſpondit ei Jeſus: Si non lavero te, non habebis partem mecum. 9 Dicit ei Simon Petrus: Domine, non tantum pedes meos, ſed & manus & caput. 10 Dicit ei Jeſus: Qui lotus eſt, non indiget niſi ut pedes lavet, ſed eſt mundus totus: & vos mundi eſtis, ſed non omnes. 11 Sciebat enim quiſnam eſſet qui traderet eum; propterea dixit; Non eſtis mundi omnes. §. 389.

390 12 Poſtquam ergo lavit pedes eorum, & accepit veſtimenta ſua, cum recubuiſſet iterum, dixit eis: Sci- §. 390.

tis quid fecerim vobis? 13 Vos vocatis me, Magiſter &
Domine; & bene dicitis, ſum etenim. 14 Si ergo ego la-
vi pedes veſtros Dominus & Magiſter, & vos debetis al-
ter alterius lavare pedes: 15 Exemplum enim dedi vo-
bis, ut quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis.
16 Amen, amen dico vobis: Non eſt ſervus major do-
mino ſuo; neque apoſtolus major eſt eo, qui miſit il-
lum. 17 Si hæc ſcitis, beati eritis, ſi feceritis ea. 18 Non
de omnibus vobis dico: ego ſcio quos elegerim: ſed ut
† Pſ. 40. 10. adimpleatur Scriptura: † Qui manducat mecum panem,
levabit contra me calcaneum ſuum. 19 Amodo dico vobis
priuſquam fiat; ut, cum factũ fuerit, credatis quia ego ſum
20 Amen, amen dico vobis: Qui accipit ſi quem miſero, me
accipit: qui autem me accipit, accipit eum qui me miſit.

Proditio Judæ revelata.

M. 26. m. 14. L. 22. J. 13.

§. 391. 391. J. 21 Cum hæc dixiſſet Jeſus turbatus eſt ſpiritu; & proteſtatus eſt, & dixit: Amen,

M. amẽ dico vobis quia unus veſtrûm me traditurus eſt,

m. Amẽ dico vobis quia unus ex vobis tradet me,

J. amẽ dico vobis quia unus ex vobis tradet me.

m. qui manducat mecum.

M. 22 Et contriſtati valde, cœperunt ſinguli dicere: Numquid ego ſum, Domine? 23 At ipſe reſpondens, ait

m. 19 At illi cœperũt contriſtari, & dicere ei ſingulatim: Numquid ego? 20 Qui ait

m. illis: Unus ex duodecim,

M. qui intingit mecum manũ in paropſide, hic me tradet. 24 Filius quidem hominis vadit ſicut † ſcriptũ eſt de illo: væ autẽ homini illi, per quem Filius hominis tradetur:

Pſ. 40 10.

m. qui intingit mecum manum in catino. 21 Et Filius quidẽ hominis vadit ſicut ſcriptum eſt de eo: væ autem homini illi, per quem Filius hominis tradetur:

L. 21 Verumtamen ecce manus tradentis me mecum eſt in menſa. 22 Et quidem Filius hominis, ſecundum quod definitum eſt, vadit: verumtamen væ homini illi, per quem tradetur.

M. bonum erat ei, ſi natus non fuiſſet homo ille. m bonum erat ei, ſi non eſſet natus homo ille.

392. J 22 Aſpiciebant ergo ad invicem diſcipuli, hæſitantes de quo diceret. 23 Erat ergo recumbens unus ex diſcipulis ejus in ſinu Jeſu, quem diligebat Jeſus. 24 Innuit ergo huic Simon Petrus, & dixit ei: Quis eſt de quo dicit? 25 Itaque cum recubuiſſet ille ſupra pectus Jeſu, dicit ei: Domine, quis eſt? 26 Reſpondit Jeſus: Ille eſt, cui ego intinctum panem porrexero. Et cum intinxiſſet panem, dedit Judæ Simonis Iſcariotæ. 27 Et poſt buccellam introivit in eum ſatanas. Et dixit ei Jeſus: Quod facis, fac citius. 28 Hoc autem nemo ſcivit diſcumbentium ad quid dixerit ei: 29 Quidam enim putabant, quia loculos habebat Judas, quod dixiſſet ei Jeſus; Eme ea quæ opus ſunt nobis ad diem feſtum; aut egenis ut aliquid daret. 30 Cum ergo accepiſſet ille buccellam §. 392.

M 25 Reſpondens autem Judas qui tradidit eum,

L. 23 & ipſi 'cœperunt' quærere inter ſe quis eſſet ex eis qui hoc facturus eſſet, — 315 'cœpiſſent

M. dixit: Numquid ego ſum, Rabbi? Ait illi: Tu dixiſti.

393. J. Exivit continuo: erat autem nox. 31 Cum ergo exiſſet, dixit Jeſus: Nunc clarificatus eſt Filius hominis, & Deus clarificatus eſt in eo. 32 Si Deus clarificatus eſt in eo, & Deus clarificabit eum in ſemetipſo; & continuo clarificabit eum. — 396 §. 393.

Eucharistiæ institutio.

M. 26. m. 14. L. 22.

394. M. 26 Cœnantibus autem eis, m 22 Et manducantibus illis, §. 394.

M. accepit Jeſus panem, & m accepit Jeſus panem, & L 19 Et accepto pane

L. gratias egit,

M. benedixit, m benedicens

M. ac fregit, deditq; diſcipulis ſuis, & ait:	m fregit, & dedit eis, & ait:	L & fregit, & dedit eis, dicens:

M. Accipite, m Sumite;

M. & comedite;

M hoc eſt corpus meum,	m hoc eſt corpus meum.	L Hoc eſt corpus meum,

L. quod pro vobis datur: hoc facite in meam commemorationem. 20 Similiter

M. 27 & accipiens m 23 Et accepto

M. calicem m calice, L & calicem

L. poſtquam cœnavit,

M. gratias egit, & dedit illis,	m gratias agens dedit eis, — b

M. dicens: m a 24 & ait illis: L dicens:

M. Bibite ex hoc omnes;

M. 28 hic eſt enim ſanguis meus novi teſtamenti, qui pro multis effundetur	m Hic eſt ſanguis meus novi teſtamẽti, qui pro multis effũdetur. — 388	L Hic eſt calix novum teſtamentum in ſanguine meo, qui pro vobis fundetur. — 391

M. in remiſſionem peccatorum: — 388

m. b & biberunt ex illo omnes. — a

PRÆDICIT JESUS APOSTOLIS QUÆ IPSIS EVENTURA SINT, EOSQUE CONSOLATUR AC DOCET.

M. 26. m. 14. L. 22. J. 13.

395.M30 Et hymno dicto,414 m 26 Et hymno dicto,414 §. 395.

396. 31 tũc dicit illis Jeſus : 27 Et ait eis Jeſus : §. 396.

J. 33 Filioli, adhuc modicum vobiſcum ſum : quæretis me; & ſicut dixi Judæis; † Quo ego vado, vos non po- † Art. 239.
teſtis venire; & vobis dico modo. 34 Mandatum novum & 245.
do vobis; ut diligatis invicem, ſicut dilexi vos, ut & vos diligatis invicem. 35 In hoc cognoſcent omnes quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis ad invicem.

397. 36 Dicit ei Simon Petrus: Domine, quo vadis? §. 397.
Reſpondit Jeſus : Quo ego vado, non potes me modo ſequi; ſequêris autem poſtea. 37 Dicit ei Petrus : Quare non poſſum te ſequi modo?

L. 31 Ait autem Dominus: Simon, Simon, ecce ſatanas expetivit vos, ut cribraret ſicut triticum : 32 ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua: & tu aliquando converſus confirma fratres tuos.

398.M. Omnes vos ſcandalum patiemini in me in iſta nocte : ſcriptum eſt enim : † Percutiam paſtorem, & diſpergentur oves gregis. 32 Poſtquam autem reſurrexero, præcedam vos in Galilæam. §. 398.

m Omnes ſcandalizabimini in me in nocte iſta : quia ſcriptum eſt: Percutiam paſtorem, & diſpergentur oves. 28 Sed poſtquã reſurrexero, præcedam vos in Galilæam. † Zach. 13. 7.

M. 33 Reſpondens autem Petrus, ait illi :

m 29 Petrus autem ait illi :

L 33 Qui dixit ei :

L. Domine,

M. etſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ego numquam ſcandalizabor :

m Etſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ſed non ego.

m. 14. L. tecum paratus ſum & in carcerem & in mortem ire:

L. 22.

J. 13. J. animam meam pro te ponam.

M. 34 Ait illi Jeſus:	m 30 Et ait illi Jeſus:	L 34 At ille dixit:	J 38 Reſpõdit ei Jeſus:

J. Animam tuam pro me pones?

M Amen dico tibi,	m Amen dico tibi,	L Dico tibi,	J Amen, amen dico tibi,

L. Petre,

M quia in hac nocte, antequam gallus cantet, ter me negabis.	m. quia tu hodie in nocte hac, priuſquã gallus vocẽ bis dederit, ter me es negaturus. 31	L non cantabit hodie gall⁹, donec ter abneges noſſe me.	J nõ cantabit gallus, donec ter me neges.

M 35 Ait illi Petrus:...... Etiamſi oportuerit me mori tecum, non te negabo. Similiter & oẽs diſcipuli dixerunt. — 415	m. At ille ãplius loquebatur: Etſi oportuerit me ſimul cõmori tibi, non te negabo. Similiter autem & omnes dicebant. — 415

§. 399. 399. L. Et dixit eis: 35 Quando † miſi vos ſine ſacculo, & pera, & calceamentis, numquid aliquid defuit vo-

† Art. 179. bis? 36 At illi dixerunt: Nihil. Dixit ergo eis: Sed nunc, qui habet ſacculum, tollat; ſimiliter & peram: & qui non habet, vendat tunicam ſuam, & emat gladium. 37 Dico enim vobis, quoniam adhuc hoc quod ſcriptum eſt, oportet

† Iſ. 53. 12. impleri in me: † Et cum iniquis deputatus eſt Etenim ea quæ ſunt de me, finem habent. 38 At illi dixerunt: Dñe, ecce duo gladii hîc. At ille dixit eis: Satis eſt. — 414

J. 14.

§. 400. 400. 1 Non turbetur cor veſtrum; (Creditis in Deum, & in me credite: 2 In domo Patris mei manſiones multæ ſunt; ſi quo minus, dixiſſem vobis.) quia vado parare vobis locum. 3 Et ſi abiero, & præparavero vobis locum; iterum venio, & accipiam vos ad meipſum; ut ubi

ſum ego, & vos ſitis. 4 Et quo ego vado, ſcitis, & viam
ſcitis. 5 Dicit ei Thomas: Domine, neſcimus quo va-
dis, & quomodo poſſumus viam ſcire? 6 Dicit ei Jeſus:
Ego ſum via, & veritas, & vita: nemo venit ad Patrem,
niſi per me. 7 Si cognoviſſetis me, & Patrem meum
utique cognoviſſetis: & amodo cognoſcetis eum, & vi-
diſtis eum. 8 Dicit ei Philippus: Domine, oſtende no-
bis Patrem, & ſufficit nobis. 9 Dicit ei Jeſus: Tanto tem-
pore vobiſcum ſum, & non cognoviſtis me? Philippe,
qui videt me, videt & Patrem. Quomodo tu dicis, Oſten-
de nobis Patrem? 10 Non creditis quia ego in Patre, &
Pater in me eſt? Verba, quæ ego loquor vobis, à meipſo
non loquor: Pater autem in me manens ipſe facit ope-
ra. 11 Non creditis quia ego in Patre, & Pater in me
eſt? 12 Alioquin propter opera ipſa credite. Amen, amen
dico vobis: Qui credit in me, opera quæ ego facio, &
ipſe faciet, & majora horum faciet, quia ego ad Patrem
vado, 13 & quodcumque petieritis Patrem in nomine
meo, hoc faciam; ut glorificetur Pater in Filio. 14 Si
quid petieritis me in nomine meo, hoc faciam.

§. 401.

401. 15 Si diligitis me, mandata mea ſervate: 16 &
ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis, ut
maneat vobiſcum in æternum, 17 Spiritum veritatis, quem
mundus non poteſt accipere, quia non videt eum, nec
ſcit eum; vos autem cognoſcetis eum, quia apud vos ma-
nebit, & in vobis erit. 18 Non relinquam vos orphanos:
veniam ad vos. 19 Adhuc modicum; & mundus me jam
non videt: vos autem videtis me; quia ego vivo, & vos
vivetis. 20 In illo die vos cognoſcetis quia ego ſum in
Patre meo, & vos in me, & ego in vobis. 21 Qui ha-
bet mandata mea, & ſervat ea, ille eſt qui diligit me:
qui autem diligit me, diligetur à Patre meo; & ego
diligam eum, & manifeſtabo ei meipſum. 22 Dicit ei
Judas (non ille Iſcariotes:) Domine, quid factum eſt,
quia manifeſtaturus es nobis teipſum, & non mundo? 23
Reſpondit Jeſus, & dixit ei: Si quis diligit me, ſermo-
nem meum ſervabit; & Pater meus diliget eum, & ad
eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. 24 Qui
non diligit me, ſermones meos non ſervat. Et ſermonem
quem audiſtis, non eſt meus, ſed ejus qui miſit me, Patris.

402 25 Hæc locutus ſum vobis apud vos manens. 26 Pa- §. 402.

racletus autem Spiritus ſanctus, quem mittet Pater in
nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis
omnia, quæcumque dixero vobis. 27 Pacem relinquo vo-
bis; pacem meam do vobis: non quomodo mundus dat,
ego do vobis. Non turbetur cor veſtrum, neque formidet.
† Art. 400. 28 Audiſtis quia ego dixi vobis: † Vado, & venio ad
vos. Si diligeretis me, gauderetis utique, quia vado ad
Patrem; quia Pater major me eſt. 29 Et nunc dixi vobis
priuſquam fiat; ut cum factum fuerit, credatis. 30 Jam
non multa loquar vobiſcum: venit enim Princeps mun-
di hujus; & in me non habet quidquam: 31 ſed ut cogno-
ſcat mundus quia diligo Patrem, & ſicut mandatum de-
dit mihi Pater, ſic facio; ſurgite, eamus hinc.

J. 15.

§. 403. 403. 1 Ego ſum vitis vera, & Pater meus agricola eſt.
2 Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tol-
let eum, & omnem qui fert fructum, purgabit eum, ut
fructum plus afferat. 3 Jam vos mundi eſtis, propter ſer-
† Art. 389. monem † quem locutus ſum vobis. 4 Manete in me, &
ego in vobis. Sicut palmes non poteſt ferre fructum à ſe-
metipſo, niſi manſerit in vite; ſic nec vos, niſi in me
manſeritis. 5 Ego ſum vitis, vos palmites: qui manet
in me, & ego in eo, hic fert fructum multum; quia ſine
me nihil poteſtis facere. 6 Si quis in me non manſerit,
mittetur foras ſicut palmes, & areſcet, & colligent eum,
& in ignem mittent, & ardet. 7 Si manſeritis in me, &
verba mea in vobis manſerint, quodcumque volueritis
petetis, & fiet vobis. 8 In hoc clarificatus eſt Pater meus,
ut fructum plurimum afferatis, & efficiamini mei diſcipuli.

§. 404. 404. 9 Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos. Ma-
nete in dilectione mea. 10 Si præcepta mea ſervaveritis,
manebitis in dilectione mea; ſicut & ego Patris mei præ-
cepta ſervavi, & maneo in ejus dilectione. 11 Hæc locutus
ſum vobis, ut gaudium meum in vobis ſit, & gaudium
veſtrum impleatur. 12 Hoc eſt præceptum meum, ut dili-
gatis invicem, ſicut dilexi vos. 13 Majorem hac dilectio-
nem nemo habet, ut animam ſuam ponat quis pro ami-
cis ſuis. 14 Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæ ego præ-
cipio vobis. 15 Jam non dicam vos ſervos, quia ſervus
neſcit quid faciat dominus ejus. Vos autem dixi amicos;

quia omnia quæcumque audivi à Patre meo, nota feci vo-
bis. 16 Non vos me elegiſtis: ſed ego † elegi vos, & poſui † Art. 104.
vos, ut eatis & fructum afferatis, & fructus veſter ma-
neat: ut quodcumque petieritis Patrem in nomine meo,
det vobis.

405. 17 Hæc mando vobis, ut diligatis invicem. 18 Si §. 405.
mundus vos odit, ſcitote quia me priorem vobis odio ha-
buit. 19 Si de mundo fuiſſetis, mundus quod ſuum erat,
diligeret: quia vero de mundo non eſtis, ſed ego elegi vos
de mundo, propterea odit vos mundus. 20 Mementote ſer-
monis mei, quem ego dixi vobis: † Non eſt ſervus ma- † Art. 390.
jor domino ſuo. Si me perſecuti ſunt, & vos perſequen-
tur: ſi ſermonem meum ſervaverunt,& veſtrum ſervabunt.
21 Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meum; quia
neſciunt eum qui miſit me. 22 Si non veniſſem, & locu-
tus fuiſſem eis, peccatum non haberent: nunc autem ex-
cuſationem non habent de peccato ſuo. 23 Qui me odit, &
Patrem meum odit. 24 Si opera non feciſſem in eis, quæ
nemo alius fecit, peccatum non haberent: nunc autem &
viderunt, & oderunt & me & Patrem meum. 25 Sed ut
adimpleatur ſermo, qui in lege eorum ſcriptus eſt: † Quia † Pſ. 24. 19.
odio habuerunt me gratis. 26 Cum autem venerit Para-
cletus, quem ego mittam vobis à Patre, Spiritum verita-
tis, qui à Patre procedit; ille teſtimonium perhibebit de
me: 27 & vos teſtimonium perhibebitis, quia ab initio
mecum eſtis.

J. 16.

406. 1 Hæc locutus ſum vobis, ut non ſcandalizemini. §. 406.
2 Abſque Synagogis facient vos: ſed venit hora, ut om-
nis qui interficit vos, arbitretur obſequium ſe præſtare
Deo. 3 Et hæc facient vobis, quia non noverunt Patrem,
neque me. 4 Sed hæc locutus ſum vobis, ut cum venerit
hora eorum, reminiſcamini quia ego dixi vobis. 5 Hæc
autem vobis ab initio non dixi, quia vobiſcum eram; &
nunc vado ad eum qui miſit me.

407. Et nemo ex vobis interrogat me, Quo vadis: 6 ſed §. 407.
quia hæc locutus ſum vobis, triſtitia implevit cor veſtrum.
7 Sed ego veritatem dico vobis: expedit vobis ut ego va-
dam. Si enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos:
ſi autem abiero, mittam eum ad vos. 8 Et cum venerit

ille, arguet mundum de peccato, & de juſtitia, & de judi-
cio: 9 de peccato quidem, quia non crediderunt in me:
10 de juſtitia vero, quia ad Patrem vado, & jam non vi-
debitis me: 11 de judicio autem, quia Princeps hujus
mundi jam judicatus eſt.

§. 408. 408. 12 Adhuc multa habeo vobis dicere; ſed non pote-
ſtis portare modo. 13 Cum autem venerit ille Spiritus ve-
ritatis, docebit vos omnem veritatem: Non enim loque-
tur à ſemetipſo; ſed quæcumque audiet loquetur, & quæ
ventura ſunt annuntiabit vobis. 14 Ille me clarificabit,
quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis. 15 Omnia quæ-
cumque habet Pater, mea ſunt: propterea dixi, quia de
meo accipiet, & annuntiabit vobis.

§. 409. 409. 16 Modicum, & jam non videbitis me; & iterum
modicum, & videbitis me; quia vado ad Patrem. 17 Di-
xerunt ergo ex diſcipulis ejus ad invicem: Quid eſt hoc,
quod dicit nobis: Modicum, & non videbitis me: & ite-
rum modicum, & videbitis me: &, quia vado ad Patrem?
18 Dicebant ergo: Quid eſt hoc, quod dicit, modicum?
neſcimus quid loquitur. 19 Cognovit autem Jeſus quia vo-
lebant eum interrogare, & dixit eis: De hoc quæritis in-
ter vos, quia dixi; Modicum, & non videbitis me; &
iterum modicum, & videbitis me. 20 Amen, amen dico
vobis: quia plorabitis & flebitis vos, mundus autem gau-
debit: vos autem contriſtabimini, ſed triſtitia veſtra ver-
tetur in gaudium. 21 Mulier cum parit, triſtitiam habet;
quia venit hora ejus: cum autem pepererit puerum, jam
non meminit preſſuræ propter gaudium; quia natus eſt
homo in mundum. 22 Et vos igitur nunc quidem triſti-
tiam habetis: iterum autem videbo vos, & gaudebit cor
veſtrum, & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis. 23 Et
in illo die me non rogabitis quidquam.

§. 410. 410 Amen, amen dico vobis: Si quid petieritis Patrem
in nomine meo, dabit vobis. 24 Uſque modo non petiſtis
quidquam in nomine meo: petite, & accipietis; ut gau-
dium veſtrum ſit plenum. 25 Hæc in proverbiis locutus
ſum vobis: venit hora, cum jam non in proverbiis lo-
quar vobis, ſed palam de Patre annuntiabo vobis. 26 In
illo die in nomine meo petetis: & non dico vobis quia
ego rogabo Patrem de vobis; 27 ipſe enim Pater amat

vos, quia vos me amaſtis, & credidiſtis quia ego à Deo
exivi. 28 Exivi à Patre, & veni in mundum: iterum re-
linquo mundum, & vado ad Patrem. 29 Dicunt ei diſci-
puli ejus: Ecce nunc palam loqueris, & proverbium nul-
lum dicis. 30 Nunc ſcimus quia ſcis omnia, & non opus
eſt tibi ut quis te interroget: in hoc credimus quia à
Deo exiſti. 31 Reſpondit eis Jeſus: Modo creditis? 32
Ecce venit hora, & jam venit, ut diſpergamini unuſquiſ-
que in propria, & me ſolum relinquatis; & non ſum ſo-
lus, quia Pater mecum eſt. 33 Hæc locutus ſum vobis,
ut in me pacem habeatis. In mundo preſſuram habebitis;
ſed confidite, ego vici mundum.

Oratio Christi ad Patrem.

J. 17.

411. 1 Hæc locutus eſt Jeſus: & ſublevatis oculis in Cœ- §. 411.
lum, dixit: Pater, venit hora, clarifica Filium tuum,
ut Filius tuus clarificet te; 2 ſicut dediſti ei poteſtatem
omnis carnis, ut omne quod dediſti ei, det eis vitam æ-
ternam. 3 Hæc eſt autem vita æterna, ut cognoſcant te
ſolum Deum verum, & quem miſiſti Jeſum Chriſtum.
4 Ego te clarificavi ſuper terram: opus conſummavi quod
dediſti mihi ut faciam: 5 & nunc clarifica me tu, Pa-
ter, apud temetipſum claritate quam habui, priuſquam
mundus eſſet, apud te.

412. 6 Manifeſtavi nomen tuum hominibus, quos de- §. 412.
diſti mihi de mundo. Tui erant, & mihi eos dediſti; &
ſermonem tuum ſervaverunt. 7 Nunc cognoverunt quia
omnia quæ dediſti mihi, abs te ſunt: 8 quia verba,
quæ dediſti mihi, dedi eis; & ipſi acceperunt, & co-
gnoverunt vere quia à te exivi, & crediderunt quia tu
me miſiſti. 9 Ego pro eis rogo, non pro mundo rogo, ſed
pro his quos dediſti mihi; quia tui ſunt (10 & mea om-
nia tua ſunt, & tua mea ſunt) & clarificatus ſum in eis.
11 Et jam non ſum in mundo, & hi in mundo ſunt; &
ego ad te venio. Pater ſancte, ſerva eos in nomine tuo,
quos dediſti mihi; ut ſint unum, ſicut & nos. 12 Cum
eſſem cum eis, ego ſervabam eos in nomine tuo. Quos
dediſti mihi, cuſtodivi; & nemo ex eis periit, niſi filius
perditionis, ut † Scriptura impleatur. 13 Nunc autem ad Pſ. 108. 8.

te venio : & hæc loquor in mundo, ut habeant gaudium
meum impletum in ſemetipſis. 14 Ego dedi eis ſermonem
tuum, & mundus eos odio habuit; quia non ſunt de mun-
do, ſicut & ego non ſum de mundo. 15 Non rogo ut tol-
las eos de mundo, ſed ut ſerves eos à malo. 16 De mundo
non ſunt, ſicut & ego non ſum de mundo : 17 Sanctifica
eos in veritate : ſermo tuus veritas eſt. 18 Sicut tu me miſiſti
in mundum, & ego miſi eos in mundum. 19 Et pro eis ego
ſanctifico meipſum, ut ſint & ipſi ſanctificati in veritate.

§. 413. 413 20 Non pro eis autem rogo tantum, ſed & pro eis
qui credituri ſunt per verbum eorum in me; 21 ut om-
nes unum ſint, ſicut tu, Pater, in me, & ego in te, ut
& ipſi in nobis unum ſint; ut credat mundus quia tu me
miſiſti. 22 Et ego claritatem, quam dediſti mihi, dedi
eis; ut ſint unum, ſicut & nos unum ſumus. 23 Ego in
eis, & tu in me; ut ſint conſummati in unum, & cogno-
ſcat mundus quia tu me miſiſti, & dilexiſti eos ſicut &
me dilexiſti. 24 Pater, quos dediſti mihi, volo ut ubi
ſum ego, & illi ſint mecum; ut videant claritatem meam,
quam dediſti mihi : quia dilexiſti me ante conſtitutionem
mundi. 25 Pater juſte, mundus te non cognovit; ego au-
tem te cognovi, & hi cognoverunt quia tu me miſiſti.
26 Et notum feci eis nomen tuum, & notum faciam; ut
dilectio, qua dilexiſti me, in ipſis ſit, & ego in ipſis.

SECTIO XIII.

Agonia Christi in horto Olivarum

M. 26. m. 14. L. 22. J. 18.

§. 414. 414. J. 1 Hæc cum dixiſſet Jeſus,

M 30 | exierunt in montem Oliveti. 396	m 26 | exierunt in montẽ Olivarum. 396	L 39 Et egreſſ⁹ ibat ſecundũ conſuetudinem in montem Olivarũ, ſecuti ſunt autem illũ & diſcipuli.	J egreſs⁹ eſt cũ diſcipulis ſuis trãs torrentem Cedron.

§. 415.

415. M. 36 Tunc venit Jeſus cum illis in villam, quæ dicitur Gethſemani,	m 32 Et veniunt in prædium, cui nomen Gethſemani;

J. ubi erat hortus, in quem introivit ipſe & diſcipuli ejus. 2 (Sciebat autem & Judas, qui tradebat eum, locum; quia frequenter Jeſus convenerat illuc cum diſcipulis ſuis.)

L. 40 Et cum perveniſſet ad locum,

M & dixit diſcipulis ſuis : m & ait diſcipulis ſuis : L. dixit illis :

M. Sedete hîc, donec vadam illuc, & orem; 37 & m Sedete hîc, donec orem.

L. orate, ne intretis in tentationem.

M aſſumpto Petro & duobus filiis Zebedæi, cœpit m. 33 Et aſſumit Petrum, & Jacobum, & Joannem ſecum : & cœpit

m. pavere,

M. contriſtari,

M. & mœſtus eſſe. 38 Tũc ait illis : Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem : ſuſtinete hîc, & vigilate mecum. m & tædere. 34 Et ait illis: Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem : ſuſtinete hîc, & vigilate.

416. M 39 Et progreſſus puſillum, m 35 Et cum proceſſiſſet puſillum, L. 41 Et ipſe avulſus eſt ab eis quantum jactus eſt lapidis; §. 416.

L. & poſitis genibus,

M. procidit m procidit

m. ſuper terram

M. in faciem ſuam,

M orans, & m. & orabat, L orabat,

m. ut, ſi fieri poſſet, tranſiret ab eo hora,

m. 14. M. dicens : m 36 & dixit : L 42 dicens :
L. 22.

m. Abba,

M. Pater mi, m Pater, L Pater,

M. ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte:

m. omnia tibi poſſibilia ſunt;

L. ſi vis,

m. transfer calicem hunc à me:	L transſer calicem iſtum à me :

M verumtamen nõ ſicut ego volo, ſed ſicut tu.	m ſed non quod ego volo, ſed quod tu.	L. verumtamen non mea voluntas, ſed tua fiat. — 419

§. 417. 417. L. 45 Et cum ſurrexiſſet ab oratione,

M 40 Et venit ad diſcipulos ſuos, & invenit eos dormiẽtes,	m 37 Et venit, & invenit eos dormientes;	L. & veniſſet ad diſcipulos ſuos, invenit eos dormientes

L. præ triſtitia;

M & dicit Petro : m. & ait Petro : L 46 & ait illis :

L. Quid,

m. Simon,

m. dormis? L dormitis?

M. Sic non potuiſtis una hora vigilare mecum?	m non potuiſti una hora vigilare?

L. Surgite,

M. 41 vigilate, & m 38 Vigilate, &

M. orate;

M. orate, ut non intretis in tentationem:

m orate, ut non intretis in tentationem:

L orate, ne intretis in tentationem. — 420

M. ſpiritus quidem promptus eſt, caro autẽ infirma.

m ſpiritus quidem promptus eſt, caro vero infirma.

418. 42 Iterum ſecundo abiit, & oravit, dicens:

39 Et iterum abiens, oravit, eumdem ſermonem dicens: §. 418.

M. Pater mi, ſi non poteſt hic calix tranſire niſi bibam illum, fiat voluntas tua.

M. 43 Et venit iterum, & invenit eos dormientes: erant enim oculi eorum gravati:

m 40 Et reverſ^9, denuo invenit eos dormientes: erant enim oculi eorum gravati:

m. & ignorabant quid reſponderent ei.

419. M. 44 Et relictis illis iterum abiit, & oravit tertio, eumdem ſermonem dicens. §. 419.

L. 43 Apparuit autem illi Angelus de Cœlo confortans eum: ' & ' factus in agonia, prolixius orabat; 44 & factus eſt ſudor ejus ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram. — 417 'nam

M. 45 Tũc venit ad diſcipulos ſuos & dicit illis: Dormite jam, & requieſcite:

m 41 Et venit tertio, & ait illis: Dormite jam, & requieſcite.

m. Sufficit;

M ecce appropinquavit hora, & Filius hominis traditur in manus peccatorum. 46 Surgite, eamus: ecce appropinquavit qui me tradet.

m. venit hora: ecce Filius hominis tradetur in manus peccatorum. 42 Surgite, eamus: ecce qui me tradet prope eſt.

JESUS CAPTUS, ET AD CAIPHAM DUCTUS.

M. 26. m. 14. L. 22. J. 18.

§. 420. 420. M. 47 Adhuc loquente,
m 43 Et adhuc eo loquente, — b
L 47 Adhuc eo loquente, ;

M. ecce Judas
m a Judas Iſcariotes,
L ecce — c a qui vocabatur Judas,
J 3 Judas ergo — b

M. unus de duodecim,
m unus de duodecim, — c
L unus de duodecim, — d

M venit,
m b venit, — a
J. a venit illuc — d

J. b cum accepiſſet cohortem, & — e

M. & cum eo turba multa
m c & cum eo turba multa
L b & — a c turba: — b
J c miniſtros — a

J. d cum laternis & facibus, &

M. cum gladiis & fuſtibus, miſſi à Prĩcipib⁹ Sacerdotum,
m cum gladiis & lignis, à ſummis Sacerdotibus,
J armis, - 421 e à Pontificibus

J. & Phariſæis, — c

m. & Scribis,

Mulieres curatæ à ſpiritibus malignis, & infirmitatibus. 174.
Muti curati. Unus qui & ſurdus, 207. Alius qui & dæmoniacus, 91. Alius qui & dæmoniacus & cæcus, 142. alius qui dæmoniacus & lunaticus, 222.
Myſteria à ſuperbis abſcondita, & humilibus revelata, 161. 263.

N.

Nathanael ad Chriſtum adductus. 47.
Prædicat Chriſtus in Synagoga *Nazareth*. 170.
Nicodemi cum Chriſto colloquium, 52. Ejus de Chriſto ad Phariſæos conſilium, 242.
Ninivitæ Judæos condemnaturi. 149.
Nuptiæ in Cana. 48.
Eccleſia nuptiis comparata. 346.

O.

Occidens. Per Occidentem gentes Occidentales intelliguntur. 134. 304.
Oculus lucerna corporis. 110.
Oleo ægri ab Apoſtolis uncti. 183.
De *oratione*. 121.
Vis orationis & jejunii. 223.
Oriens. Per Orientem gentes Orientales intelliguntur. 134. [304.
Ovis repertæ comparatio. 230. 291.

P.

Tres *panes* poſtulantis comparatio. 124.
Quinque panum multiplicatio. 187.
Septem panum multiplicatio. 209.
Panni rudis comparatio. 86.
Quare in *parabolis* loqueretur Chriſtus. 161.
Paralyticus ſanatus, 81. Alius paralyticus. 134.
Parvuli Chriſto oblati. 281.
Paſcha primum, 49. ſecundum, 92. quartum, 387. tertium memoratur in fine articuli, 186. & ex initio articuli 201 colligitur Chriſtum ad feſtum illud non aſcendiſſe.
Paſchalis cœna. 387.
Paſtorem inter & furem differentia, 255. inter paſtorem bonum & mercenarium. 256.
De *patientia*. 116.
Peccatricis converſio. 141.
Peccatum in Spiritum ſanctum irremiſſibile. 145.
Peccatorum remittendorum poteſtas. 214. 233. 487.
Perſecutionum prædictio. 180. 365. 339. 406.

Super

Super *petram* ædificantis comparatio. 131.
Petrus ad Chriſtum adductus, 46. à Chriſto vocatus, 68. Ambulat ſuper aquas, 190. Ejus confeſſio, 213. primatus, 214. correptio, 216. negationum prædictio, 398. Negat Chriſtum, 435. Chriſtus oves ſuas Petro commendat, 491. Martyrium ipſi ſubeundum prædicit. 492.
Socrus Petri ſanata. 70.
Phariſæi & Publicani parabola. 360.
Apud Phariſæum manducat Chriſtus. 141. 267. 286.
Phariſæorum & Herodianorum conſilium adverſus Jeſum. 101. 347.
Phariſæorum & Scribarum vitia. 267. 355.
Philippi vocatio. 47.
Piſcatio miraculoſa, 67. 490.
Piſcina probatica. 92.
Porci ſubmerſi 77.
Porta ſalutis anguſta. 301
A falſis *Prophteis* cavendum. 130.
Providentiæ fidendum. 296.
Publicani & Phariſæi parabola. 360.
Puerorum nec ſaltare nec plangere volentium comparatio. 139.

R.

De *reconciliatione*. 112.
Regina Auſtri Judæos condemnatura. 150.
Regnum Dei vim pati, 138. intra nos eſſe, 352.
Regnum in ſeipſum diviſum deſolari. 143.
Reguli filius ſanatus. 65.
De *repudio*. 114. 279.
Reſurrectio bonorum in vitam, & malorum in condemnationem. 96.
Regis debitum magnum dimittentis parabola. 234.
Regis bellum committere volentis comparatio. 290.

S.

Sadducæorum quæſtio contra reſurrectionem. 348.
Eccleſia *ſagenæ* comparata. 168.
Samaritanæ cum Chriſto colloquium. 58.
Samaritani in Chriſtum credentes, 63. Alii Samaritani eum rejicientes, 312.
Samaritani miſericordis parabola 266.

Mulier à *ſanguinis* fluxu ſanata. 88.
Myſteria à *ſapientibus* abſcondita. 263.
De *ſcandalo*. 113. 228.
Scenopegia, ſeu feſtum Tabernaculorum. 235.
Scriba ſequi volens Chriſtum. 74.
Scriba tentans Chriſtum. 265. 351.
Scribarum & Phariſæorum vitia. 267. 355.
Verbum Dei *ſemini* ultro germinanti comparatum. 156.
Seminantis parabola, 154. Ejus expoſitio, 162.
Servus bonus & malus. 381.
Semper operandum, ne ſervi inutiles ſimus. 361.
Signum de Cælo quæſitum. 147. 210.
Signum Jonæ. 148.
Simeon amplectens Chriſtum. 23.
Verbum Dei *ſinapi* comparatum. 157.
Sollicitudo vana abjicienda. 296.
Spicæ confricatæ. 99.
Spiritus ſanctus promiſſus. 401. 402. 405. 407. 496.
Spiritus immundus rediens cum ſeptem aliis. 151.
Surdus & mutus curatus. 207.

T.

Tabernaculorum feſtum. 235.
Talentis aſſimilantur gratiæ gratis datæ. 382.
Tempeſtas ſedata. 75.
Verbum Dei *theſauro* abſcondito comparatum. 166.
Thomæ incredulitas. 488.
Hypocrita *trabem* habens in oculo ſuo, & feſtucam ex oculo alterius ejicere volens. 128.
Traditiones humanæ divinis contrariæ. 202.
Transfiguratio Chriſti. 219.
Tributum à Chriſto ſolutum. 225.
An liceat tributum dare Cæſari. 347.
Turris caſus ſuper decem & octo homines. 273.
Turrim ædificare volentis comparatio. 290.

V.

Væ in divites, ſaturatos, ridentes, benedictos ab hominibus, 108. Corozain, Bethſaidam, Capharnaum, 140. Scribas & Phariſæos. 267.
Vendentes è Templo ejecti. 49. 339.

De *verbo* otioſo reddenda ratio. 146.
Via ſalutis arcta. 301.
Viduæ filius ſuſcitatus. 135.
Viduæ pauperis oblatio. 359.
Viduæ & judicis parabola. 378.
Vigilandum. 379.
Villici providi parabola. 298.
Eccleſia *vineæ* comparata. 285. 345.
Vini novi comparatio. 86.
Decem *virginibus* obviam ſponſo euntibus univerſi Eccleſiæ filii comparantur. 383.

Z.

Zachæus excipit Chriſtum in domum ſuam. 316.
Zachariæ apparet Angelus. 6.
Zebedæi filiorum vocatio, 68. ambitioſa petitio, 314.
Zizaniorum parabola, 155. Ejus expoſitio, 165.

INDEX EVANGELIORUM

QUÆ LEGUNTUR IN PROPRIO DE TEMPORE

ET IN FESTIS EX PRÆCEPTO

juxta Miſſale Romanum.

Evangelii cujuſlibet initium & finem exprimo tum verbis tum numeris : deinde in quonam Concordiæ articulo incipiat indico.

PROPRIUM DE TEMPORE.

ADVENTUS.

Dominica 1. Erunt ſigna in ſole – verba autem mea non tranſibunt. L. 21. 25–33 Art. 370.

Dominica 2. Cum audiſſet Joannes in vinculis – qui præparabit viam tuam ante te M. 11. 2–10 Art. 136.

Dominica 3. Miſerunt Judæi ab Jeroſolymis – ubi erat Joannes baptizans. J. 1. 19–28 Art. 37.

Feria 4 *Quatuor Temporum.* Miſſus eſt Angelus Gabriel – fiat mihi ſecundùm verbum tuum. L. 1.26–38 Art. 8.

Feria 6 *Quatuor Temporum.* Exurgens Maria – in Deo ſalutari meo. L. 1. 39–47 Art. 9.

Sabbato Quatuor Temporum. Idem quod Dominica ſequenti.

Dominica 4. Anno quintodecimo imperii Tiberii Cæſaris – & videbit omnis caro ſalutare Dei. L. 3. 1–6 Art. 31.

In Vigilia Nativitatis Domini. Cum eſſet deſponſata mater Jeſu – ipſe enim ſalvum faciet populum ſuum à peccatis eorum. M. 1. 18–21 Art. 14.

IN NATIVITATE DOMINI. *Ad* 1. *Miſſam.* Exiit edictum à Cæſare Auguſto – pax hominibus bonæ voluntatis. L. 2. 1–14 Art. 15.

Ad 2. *Miſſam.* Paſtores loquebantur ad invicem – ſicut

dictum eſt ad illos. L. 2. 15–20 Art. 17.
Ad 3. *Miſſam.* In principio erat Verbum – plenum gratiæ & veritatis. J. 1. 1–14 Art. 2.
In feſto S. Stephani Protomartyris. Ecce ego mitto ad vos Prophetas – Benedictus qui venit in nomine Domini. M. 23. 34–39 Art. 271.
In feſto S. Joannis Apoſt. & Evang. Dixit Jeſus Petro: Sequere me – quia verum eſt teſtimonium ejus. J. 21. 19–24 Art. 493.
In feſto SS. Innocentium. Angelus Domini apparuit in ſomnis Joſeph – quia non ſunt. M. 2. 13–18 Art. 25.
Dom. infra Oct. Nativitatis Domini. Erant Joſeph & Maria mater Jeſu mirantes – & gratia Dei erat in illo. L. 2. 33–40 Art. 23.
In Circumciſione. Poſtquam conſummati ſunt dies octo – priuſquam in utero conciperetur. L. 2. 21 Art. 20.
In Vigilia Epiphaniæ. Defuncto Herode – Quoniam Nazaræus vocabitur. M. 2. 19–23 Art. 27.
IN EPIPHANIA. Cum natus eſſet Jeſus in Bethleem Juda – per aliam viam reverſi ſunt in regionem ſuam. M. 2. 1–12 Art. 21.
Dom. infra Oct. Epiph. Cum factus eſſet Jeſus annorum duodecim – apud Deum & homines. L. 2. 42–52 Art. 30.
In Octava Epiph. Vidit Joannes Jeſum venientem ad ſe – quia hic eſt Filius Dei. J. 1. 29–34 Art. 44.
Dom. 2. *poſt Epiph.* Nuptiæ factæ ſunt in Cana Galilææ – & crediderunt in eum diſcipuli ejus, J. 2. 1–11 Art. 48.
Dom. 3. *poſt Epiph.* Cum deſcendiſſet Jeſus de monte – Et ſanatus eſt puer in illa hora. M. 8. 1–13 Art. 133.
Dom. 4. *poſt Epiph.* Aſcendente Jeſu in naviculam – quia venti & mare obediunt ei. M. 8. 23–27 Art. 75.
Dom. 5. *poſt Epiph.* Simile factum eſt Regnum Cœlorum – triticum autem congregate in horreum meum. M. 13. 24–30 Art. 155.
Dom. 6. *poſt Epiph.* Simile eſt Regnum Cœlorum grano ſinapis – à conſtitutione mundi. M. 13. 31–35 Art. 157.
Dom. in Septuageſima. Simile eſt Regnum Cœlorum homini patrifamilias, qui exiit primo mane – pauci vero electi. M. 20. 1–16 Art. 285.
Dom. in Sexageſima. Cum turba plurima convenirent – & fructum afferunt in patientia. L. 8. 4–15 Art. 154.
Dom. in Quinquageſima. Aſſumpſit Jeſus duodecim – de-

dit laudem Deo. L. 18. 31–43 Art. 313.

QUADRAGESIMA.

Feria 4 *Cinerum.* Cum jejunatis – ibi eſt & cor tuum. M. 6. 16–21 Art. 126.

Feria 5. Cum introiſſet Jeſus Capharnaum – Et ſanatus eſt puer in illa hora. M. 8. 5–13 Art. 134.

Feria 6. Audiſtis quia dictum eſt: Diliges proximum tuum – reddet tibi. M. 5. 43–48 & 6. 1–4 Art. 118.

Sabbato. Cum ſero eſſet, erat navis in medio mari – ſalvi fiebant. M. 6. 47–56 Art. 189.

Dominica 1. Ductus eſt Jeſus in deſertum – & miniſtrabant ei. M. 4. 1–11 Art. 39.

Feria 2. Cum venerit Filius hominis in majeſtate ſua – juſti autem in vitam æternam. M. 25. 31–46 Art. 384.

Feria 3. Cum intraſſet Jeſus Jeroſolymam – ibique manſit. M. 21. 10–17 Art. 329.

Feria 4 *Quatuor Temporum.* Magiſter, volumus à te ſignum videre – ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt. M. 12. 38–50 Art. 147.

Feria 5. Egreſſus Jeſus ſeceſſit in partes Tyri & Sidonis – Et ſanata eſt filia ejus ex illa hora. M. 15. 21–28 Art. 206.

Feria 6 *Quatuor Temporum.* Erat dies feſtus Judæorum –qui fecit eum ſanum. J. 5. 1–15 Art. 92.

Sabbato Quatuor Temporum. Idem quod Dominica ſequenti.

Dominica 2. Aſſumpſit Jeſus Petrum, & Jacobum, & Joannem fratrem ejus – donec Filius hominis à mortuis reſurgat. M. 17. 1–9 Art. 219.

Feria 2. Ego vado, & quæretis me – quæ placita ſunt ei, facio ſemper. J. 8. 21–29 Art. 245.

Feria 3. Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi – & qui ſe humiliaverit, exaltabitur. M. 23. 1–12 Art. 355.

Feria 4. Aſcendens Jeſus Jeroſolymam – & dare animam ſuam redemptionem pro multis. M. 20. 17–28 Art. 313.

Feria 5. Homo quidam erat dives – neque, ſi quis ex mortuis reſurrexerit, credent. L. 16. 19–31 Art. 300.

Feria 6. Homo erat paterfamilias qui plantavit vineam – quoniam ſicut Prophetam eum habebant. M. 21. 33–46 Art. 345.

Sabbato. Homo quidam habuit duos filios – perierat, & inventus eſt. L. 15 11–32 Art. 293.

Dominica 3. Erat Jeſus ejiciens dæmonium – beati qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud. L. 11. 14–28 Art. 142.

Feria 2. Utique dicetis mihi hanc ſimilitudinem – Ipſe autem tranſiens per medium illorum ibat. L. 4. 23–30 Art. 172.

Feria 3. Si peccaverit in te frater tuus – uſque ad ſeptuagies ſepties. M. 18. 15–22 Art. 232.

Feria 4. Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditionem ſeniorum – non coinquinat hominē. M. 15. 1–20 Art. 201.

Feria 5. Surgens Jeſus de Synagoga, introivit in domum Simonis – Et erat prædicans in Synagogis Galilææ. L. 4. 38–44 Art. 70.

Feria 6. Venit Jeſus in civitatem Samariæ – quia hic eſt vere Salvator mundi. J. 4. 5–42 Art. 58.

Sabbato. Perrexit Jeſus in montem Oliveti – Vade, & jam amplius noli peccare. J. 8. 1–11 Art. 243.

Dominica 4. Abiit Jeſus trans mare Galilææ – fugit iterum in montem ipſe ſolus. J. 6. 1–15 Art. 186.

Feria 2. Prope erat Paſcha Judæorum – ipſe enim ſciebat quid eſſet in homine. J. 2. 13–25 Art. 49.

Feria 3. Jam die feſto mediante – De turba autem multi crediderunt in eum. J. 7. 14–31 Art. 237.

Feria 4. Præteriens Jeſus, vidit cæcum à nativitate – & procidens adoravit eum. J. 9. 1–38 Art. 250.

Feria 5. Ibat Jeſus in civitatem quæ vocatur Naim – & quia Deus viſitavit plebem ſuam. L. 7. 11–16 Art. 135.

Feria 6. Erat quidam languens Lazarus à Bethania – crediderunt in eum. J. 11. 1–45 Art. 306.

Sabbato. Ego ſum lux mundi – quia necdum venerat hora ejus. J. 8. 12–20 Art. 244.

Dom. de Paſſione. Quis ex vobis arguet me de peccato – & exivit de Templo. J. 8. 46–59 Art. 248.

Feria 2. Miſerunt Principes & Phariſæi miniſtros – quem accepturi erant credentes in eum. J. 7. 32–39 Art. 239.

Feria 3. Ambulabat Jeſus in Galilæam – propter metum Judæorum. J. 7. 1–13 Art. 201.

Feria 4. Facta ſunt Encænia in Jeroſolymis – Pater in me eſt, & ego in Patre. J. 10. 22–38 Art. 277.

Feria 5. Rogabat Jeſum quidam de Phariſæis ut manducaret cum illo – vade in pace. Luc. 7. 36–50 Art. 141.

Feria 6. Collegerunt Pontifices & Phariſæi concilium adverſus Jeſum — & ibi morabatur cum diſcipulis ſuis. J. 11. 47—54 Art. 310.

Sabbato. Cogitaverunt Principes Sacerdotum ut & Lazarum interficerent — & abſcondit ſe ab eis. J. 12. 10—36 Art. 321.

Dom. in Palmis. Ad benedictionem palmarum. Cum appropinquaſſet Jeſus Jeroſolymis — Benedictus qui venit in nomine Domini. M. 21. 1—9 Art. 322. *Ad Miſſam. Paſſio D. N. J. C. ſecundùm Matthæum. cap.* 26. & 27. Art. 385.

Feria 2. Ante ſex dies Paſchæ venit Jeſus Bethaniam — quem ſuſcitavit à mortuis. J. 12. 1—9 Art. 319.

Feria 3. *Paſſio D. N. J. C. ſecundùm Marcum. cap.* 14, *&* 15 *uſque ad verſ.* 46. Art. 385.

Feria 4. *Paſſio D. N. J. C. ſecundùm Lucam. cap.* 22, *&* 23 *uſque ad verſ.* 53. Art. 385.

Feria 5. Ante diem feſtum Paſchæ — ita & vos faciatis. J. 13. 1—15 Art. 387.

Feria 6. *Paſſio D. N. J. C. ſecundùm Joannem. cap.* 18 *&* 19. Art. 414.

Sabbato. Veſpere autem ſabbati — Ecce prædixi vobis. M. 28. 1—7 Art. 477.

DOMINICA RESURRECTIONIS. Maria Magdalene & Maria Jacobi — ſicut dixit vobis. M. 16. 1—7 Art. 477.

Feria 2. Duo ex diſcipulis Jeſu ibant ipſa die — & quomodo cognoverunt eum in fractione panis. L. 24. 13—35 Art. 485.

Feria 3. Stetit Jeſus in medio diſcipulorum ſuorum — & remiſſionem peccatorum in omnes gentes. L. 24. 36—47 Art. 487.

Feria 4. Manifeſtavit ſe iterum Jeſus diſcipulis ad mare Tiberiadis — cum reſurrexiſſet à mortuis. J. 21. 1—14 Art. 490.

Feria 5. Maria ſtabat ad monumentum foris, plorans — & hæc dixit mihi. J. 20. 11—18 Art. 479.

Feria 6. Undecim diſcipuli abierunt in Galilæam — uſque ad conſummationem ſæculi. M. 28. 16—20 Art. 494.

Sabbato. Una Sabbati Maria Magdalene venit mane — quia oportebat eum a mortuis reſurgere. J. 20. 1—9 Art. 477.

Dom. in Albis. Cum ſero eſſet die illo — vitam habeatis in nomine ejus. J. 20. 19—31 Art. 487.

Dom. 2. *poſt Paſcha.* Ego ſum paſtor bonus — & fiet unum

ouile & unus paſtor. J. 10. 11–16 Art. 256.

Dom. 3. *poſt Paſcha.* Modicum, & jam non videbitis me – & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis. J. 16. 16–22 Art. 409.

Dom. 4. *poſt Paſcha.* Vado ad eum qui miſit me – & annuntiabit vobis. J. 16. 5–14 Art. 406.

Dom. 5. *poſt Paſcha.* Si quid petieritis Patrem in nomine meo – in hoc credimus quia à Deo exiſti. J. 16.23–30 Art. 410.

In Litaniis majoribus. Quis veſtrûm habebit amicum – dabit ſpiritum bonum petentibus ſe. L. 11. 5–13 Art. 124.

In Vigilia Aſcenſionis. Sublevatis Jeſus oculis in Cœlum – & ego ad te venio. J. 17. 1–11 Art. 411.

In die Aſcenſionis. Recumbentibus undecim diſcipulis, apparuit illis Jeſus – ſequentibus ſignis. m. 16. 14–20 Art. 487.

Dom. inf. Oct. Aſcenſionis. Cum venerit Paracletus – quia ego dixi vobis. J. 15. 26–27 & 16. 1–4 Art. 405.

In Vigilia Pentecoſtes. Si diligitis me – & manifeſtabo ei meipſum. J. 14. 15–21 Art. 401.

DOMINICA PENTECOSTES. Si quis diligit me – ſic facio. J. 14. 23–31 Art. 401.

Feria 2. Sic Deus dilexit mundum – quia in Deo ſunt facta. J. 3. 16–21 Art. 53.

Feria 3. Qui non intrat per oſtium in ovile ovium – & abundantius habeant. J. 10. 1–10 Art. 255.

Feria 4 *Quatuor Temporum.* Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater, qui miſit me, traxerit eum – caro mea eſt pro mundi vita. J. 6. 44–52. Art. 197.

Feria 5 Convocatis Jeſus duodecim Apoſtolis – & curantes ubique. L. 9. 1–6 Art. 176.

Feria 6 *Quatuor Temporum.* Factum eſt in una dierum, & Jeſus ſedebat docens – Quia vidimus mirabilia hodie. L. 5. 17–26 Art. 80.

Sabbato Quatuor Temporum. Surgens Jeſus de Synagoga, introivit in domum Simonis – Et erat prædicans in Synagogis Galilææ. L. 4. 38–44 Art. 70.

In Feſto SS. Trinitatis. Data eſt mihi omnis poteſtas in Cœlo & in terra – uſque ad conſummationem ſeculi. M. 28. 18–20 Art. 495.

Dom. 1. *poſt Pentecoſten.* Eſtote miſericordes – ut educas feſtucam de oculo fratris tui. L. 6. 36–42 Art. 119.

In feſto Corporis Chriſti. Caro mea vere eſt cibus – vivet in

æternum. J. 6. 55–59 Art. 198.

Dom. inf. Oct. Corp. Chriſti, ſecunda poſt Pent. Homo quidam fecit cœnam magnam – guſtabit cœnam meam. L. 14. 16–24 Art. 289.

Dom. 3. *poſt Pent.* Erant appropinquantes ad Jeſum Publicani & peccatores – ſuper uno peccatore pœnitentiam agente. L. 15. 1–10 Art. 291.

Dom. 4. *poſt Pent.* Cum turbæ irruerent in Jeſum – & relictis omnibus ſecuti ſunt eum. L. 5. 1–11 Art. 67.

Dom. 5. *poſt Pent.* Niſi abundaverit juſtitia veſtra pluſquam Scribarum & Phariſæorum – & tunc veniens offeres munus tuum. M. 5. 20–24 Art. 111.

Dom. 6. *poſt Pent.* Cum turba multa eſſet cum Jeſu – & dimiſit eos. M. 8. 1–9 Art. 209.

Dom. 7. *poſt Pent.* Attendite à falſis Prophetis – ipſe intrabit in Regnum Cœlorum. M. 7. 15–21 Art. 130.

Dom. 8. *poſt Pent.* Homo quidam erat dives qui habebat villicum – recipiant vos in æterna tabernacula. L. 16. 1–9 Art. 298.

Dom. 9. *poſt Pent.* Cum appropinquaret Jeſus Jeruſalem – Et erat docens quotidie in Templo. L. 19. 41–47 Art. 327.

Dom. 10. *poſt Pent.* Dixit Jeſus ad quoſdam, qui in ſe confidebant tamquam juſti – & qui ſe humiliat, exaltabitur. L. 18. 9–14 Art. 360.

Dom. 11. *poſt Pent.* Exiens Jeſus de finibus Tyri – & ſurdos fecit audire & mutos loqui. M. 7. 31–37 Art. 207.

Dom. 12. *poſt Pent.* Beati oculi qui vident quæ vos videtis – Vade, & tu fac ſimiliter. L. 10. 23–37 Art. 263.

Dom. 13. *poſt Pent.* Dum iret Jeſus in Jeruſalem – quia fides tua te ſalvum fecit. L. 17. 11–19 Art. 236.

Dom. 14. *poſt Pent.* Nemo poteſt duobus dominis ſervire – & hæc omnia adjicientur vobis. M. 6. 24–33 Art. 299.

Dom. 15. *poſt Pent.* Ibat Jeſus in civitatem quæ vocatur Naim – & quia Deus viſitavit plebem ſuam. L. 7. 11–16 Art. 135.

Dom. 16. *poſt Pent.* Cum intraret Jeſus in domum cujuſdam principis Phariſæorum – & qui ſe humiliat, exaltabitur. L. 14. 1–11 Art. 286.

Dom. 17. *poſt Pent.* Interrogavit Jeſum unus ex Phariſæis Legis-doctor tentans eum : Magiſter, quod eſt mandatum magnum in lege – neque auſus fuit quiſ-

quam ex illa die eum amplius interrogare. M. 22. 35–46 Art. 351.

Feria 4 *Quatuor Temp. Septemb.* Reſpondens unus de turba, dixit ad Jeſum: Magiſter, attuli filium meum ad te – niſi in oratione & jejunio. M. 9. 16–28 Art. 221.

Feria 6 *Quatuor Temporum.* Rogabat Jeſum quidam de Phariſæis ut manducaret cum illo – vade in pace. L. 7. 36–50 Art. 141.

Sabbato Quatuor Temporum. Arborem fici habebat quidam – quæ glorioſe fiebant ab eo. L. 13. 6–17 Art. 274.

Dom. 18. *poſt Pent.* Aſcendens Jeſus in naviculam – qui dedit poteſtatem talem hominibus. M. 9. 1–8 Art. 79.

Dom. 19. *poſt Pent.* Simile factum eſt Regnum Cœlorum homini Regi, qui fecit nuptias filio ſuo – pauci vero electi. M. 22. 1–14 Art. 346.

Dom. 20. *poſt Pent.* Erat quidam regulus – & domus ejus tota. J. 4. 46–53 Art. 65.

Dom. 21. *poſt Pent.* Simile eſt Regnum Cœlorum homini Regi, qui voluit rationem ponere cum ſervis ſuis – ſi non remiſeritis unuſquiſque fratri ſuo de cordibus veſtris. M. 18. 23–35 Art. 234.

Dom. 22. *poſt Pent.* Abeuntes Phariſæi conſilium inierunt – & quæ ſunt Dei, Deo. M. 22. 15–21 Art. 347.

Dom. 23. *poſt Pent.* Loquente Jeſu ad turbas, ecce Princeps unus acceſſit – Et exiit fama hæc in univerſam terram illam. M. 9. 18–26 Art. 87.

Dom. 24. *poſt Pent.* Cum videritis abominationem deſolationis – verba autem mea non præteribunt. M. 24. 15–35 Art. 368.

PROPRIUM SANCTORUM.

S. Andreæ Apoſt. 30 *die Novemb.* Ambulans Jeſus juxta mare Galilææ – ſecuti ſunt eum. M. 4. 18–22 Art. 67.

Concept. B. Mariæ Virg. 8. *Decemb.* Liber generationis Jeſu Chriſti filii David – qui vocatur Chriſtus. M. 1. 1–16 Art. 4.

S. Thomæ Apoſt. 21. *Decemb.* Thomas, unus ex duodecim – & crediderunt. J. 20. 24–29 Art. 488.

Purific. B. Mariæ Virg. 2. *Februarii.* Poſtquam imple-

ti ſunt dies purgationis Mariæ – & gloriam plebis tuæ Iſrael. L. 2. 22–32 Art. 22.

S. Matthiæ Apoſt. 24. *aut* 25. *Februarii.* Confiteor tibi, Pater – & onus meum leve. M. 11. 25–30 Art. 263.

Annunt. B. Mariæ Virg. 25. *Martii.* Miſſus eſt Angelus Gabriel – fiat mihi ſecundum verbum tuum. L. 1. 26–38 Art. 8.

S. Marci Evang. 25. *Aprilis.* Deſignavit Dominus & alios ſeptuaginta duos – Appropinquavit in vos Regnum Dei. L. 10. 1–9 Art. 259.

SS. Apoſt. Philippi & Jacobi. 1. *Maii.* Non turbetur cor veſtrum – hoc faciam. J. 14. 1–13 Art. 400.

Nativit. S. Joannis Bapt. 24. *Junii.* Elizabeth impletum eſt tempus pariendi – & fecit redemptionem plebis ſuæ. L. 1. 57–68 Art. 11.

SS. Apoſt. Petri & Pauli. 29. *Junii.* Venit Jeſus in partes Cæſareæ Philippi – erit ſolutum & in Cœlis. M. 16 13–19 Art. 213.

S. Jacobi Apoſt. 25. *Julii.* Acceſſit ad Jeſum mater filiorum Zebedæi – ſed quibus paratum eſt à Patre meo. M. 20. 20–23 Art. 314.

S. Annæ matris B. Mariæ Virg. 26. *Julii.* Simile eſt Regnum Cœlorum theſauro abſcondito in agro – qui profert de theſauro ſua nova & vetera. M. 13. 44–52 Art. 166.

S. Laurentii Martyris. 10. *Auguſti.* Niſi granum frumenti cadens in terram – honorificabit eum Pater meus. J. 12. 24–26 Art. 333.

Aſſumpt. B. Mariæ Virg. 15. *Auguſti.* Intravit Jeſus in quoddam Caſtellum – quæ non auferetur ab ea. L. 10. 38–42 Art. 261.

S. Bartholomæi Apoſt. 24. *Auguſti.* Exiit Jeſus in montem orare – & ſanabat omnes. L. 6. 12–19 Art. 104.

S. Ludovici. 25. *Auguſti.* Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam – & quod habet, auferetur ab eo. L. 19. 12–26 Art. 317.

Nativit. B. Mariæ Virg. 8. *Septemb. Idem quod in feſto Conceptionis.*

S. Matthæi Apoſt. & Evang. 21. *Septemb.* Vidit Jeſus hominem ſedentem in telonio – ſed peccatores. M. 9. 9–13 Art. 83.

Dedicat. S. Michaëlis Archang. 29. *Septemb.* Quis, putas, major eſt in Regno Cœlorum – ſemper vident

faciem Patris mei qui in Cœlis eſt. M. 18. 1–10 Art. 226.

SS. Apoſt. Simonis & Judæ. 28. *Octob.* Hæc mando vobis ut diligatis invicem – Quia odio habuerunt me gratis. J. 15. 17–25 Art. 405.

Omnium Sanctorum. 1. *Novemb.* Videns Jeſus turbas, aſcendit in montem – quoniam merces veſtra copioſa eſt in Cœlis. M. 5. 1–12 Art. 104.

Commem. omnium defunctorum. 2. *Novemb.* Venit hora, & nunc eſt, quando mortui audient vocem Filii Dei –in reſurrectionem judicii. J. 5. 25–29 Art. 96.

OBSERVATIONES
IN ORDINEM QUO SCRIPSERUNT
EVANGELISTÆ.

NON multum curarunt Evangeliſtæ quem factorum dictorumque tenerent ordinem, modo vera & ſibi compertiſſima narrarent. Quapropter multa ſine cohærentia & extra proprium locum referunt; ſæpe continua narratione conjungunt quæ longo disjuncta ſunt intervallo; & ſæpe, quæ priora ſunt, faciunt poſteriora; &, quæ poſteriora, priora. Hoc ſatis ipſa ſua narratione nonnumquam declarant; ut cum dicunt: *Factum eſt autem in una dierum. Cum autem Jeſus eſſet in Bethania.* Ut autem quis judicet ubinam & quamobrem à temporis ordine recedant, magna opus eſt obſervatione. Præcipua tanrum loca pro ingenii mei tenuitate hîc breviter tangam; ut ordinis, quem in Concordia teneo, facilius ratio deprehendatur.

MATTHÆUS.
CAPUT II.

v. 13. *Qui cum receſſiſſent, ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis Joſeph.* Non immediate poſt Magorum diſceſſum apparuit; ſed inter illum diſceſſum & Angeli apparitionem acciderunt ea quæ refert Lucas capite 2. à verſiculo 22 ad 38 incluſive. Unde recte notat D. Auguſtinus l. 2. de conſenſu Evangeliſtarum. c. 5. ſic unumquemque Evangeliſtam contexere narrationem ſuam, ut tamquam nihil prætermittentis ſeries digeſta videatur. Tacitis enim iis quæ non vult dicere, ſic ea quæ vult dicere, illis quæ dicebat adjungit, ut ipſa continuo ſequi videantur.

v. 15. *ut adimpleretur quod dictum eſt à Domino per Prophetam dicentem: Ex Ægypto vocavi filium meum.* Hæc

prophetia impleta fuit per Chriſti reditum ex Ægypto, non vero per ejus habitationem in regione illa. Itaque verba hæc, *ut adimpleretur, &c.* colloco poſt verſiculum 21.

CAPUT III.

v. 1. *In diebus autem illis venit Joannes Baptiſta...* Non ſoli dies intelligendi ſunt quibus venit Joſeph in civitatem Nazareth; ſed illi omnes quibus Jeſus in ea manebat civitate. Nam inter reditum ex Ægypto & Joannis prædicationem anni multi elapſi ſunt.

CAPUT IV.

v. 12. *Cum autem audiſſet Jeſus quod Joannes traditus eſſet...* Ergo Joannes jam traditus erat, jam in carcerem miſſus erat: illam tamen incarcerationem nondum retulit Evangeliſta, ſed ipſam poſtea refert per recapitulationem. c. 14. v. 3.

v. 25. *Et ſecutæ ſunt eum turbæ multæ...* Occaſione præcedentis concurſus ad Chriſtum, refert Evangeliſta per anticipationem hunc alium concurſum, quem ſuo loco refert Marcus. c. 3. v. 7. & ipſe Matthæus c. 12. v. 15.

CAP. V. VI. VII.

In capitibus 5. 6. 7. ſummam Evangelicæ doctrinæ diverſis locis ac temporibus à Chriſto traditæ congeſſit Evangeliſta: Et eam ideo anticipare voluiſſe videtur, ut miraculorum narrationi doctrinam præponeret. Hanc autem anticipatam eſſe ex eo maxime patet, quod duodecim Apoſtslis jam electis expoſita fuerit, ut conſtat ex Luca; Matthæi autem vocatio poſt iſtam expoſitionem referatur, 9 ſcilicet capite, v. 9. qui ejus vocationis verus locus eſt.

CAPUT VIII.

v. 14. *Et cum veniſſet Jeſus in domum Petri...* Occaſione miraculi ſuperioris in Capharnaum patrati redit Evangeliſta ad ea narranda quæ antea in eadem civitate contigerant.

v. 18. *Videns autem Jeſus turbas multas circum ſe...*

non eas quæ v. 16. offerebant ei dæmoniacos & male habentes; ſed alias, quæ ipſi pariter ægrotos offerebant dum peragraret Galilæam. c. 4. v. 24. Nam ſocrûs Petri curatio & aliæ curationes quæ ipſam ſecutæ ſunt, ante Galilææ circuitum acciderunt; ut conſtat ex Marco & Luca.

CAPUT XI.

v. 2. Joannes autem cum audiſſet in vinculis opera Chriſti... Occaſione prædicationis Chriſti & duodecim Apoſtolorum memorat Evangeliſta famam Chriſti apud Joannem Baptiſtam. Porro omnia quæ ab hoc 2 verſiculo uſque ad finem capitis 13 referuntur, per recapitulationem referuntur: ea enim omnia (exceptis iis quæ dicit Chriſtus c. 11. à v. 25. uſque ad finem) contigerunt ante Galilææ peragrationem, de qua v. 35. c. 9. Hoc patet ex Marco & Luca.

v. 25. In illo tempore... non quo civitatibus illis exprobrabat, ſed alio. Occaſione excœcationis ſuperborum refert Evangeliſta quæ Chriſtus alibi dixit de illuminatione parvulorum. Vide Lucam. c. 10. v. 21.

CAPUT XII.

v. 1. In illo tempore... id eſt, circa illud tempus. Ejuſmodi enim formulæ, *in diebus illis*, *tunc*, *in illo tempore*, non ſemper deſignant tempus rei proxime narratæ.

v. 17. ut adimpleretur quod dictum eſt &c. Hanc prophetiam adimplebat Chriſtus longe ab inimicis ſuis recedendo, ne ſua præſentia eorum invidiam & odium excitaret. Itaque prophetiam hanc paulo ſerius Evangeliſta refert, dum inter eam & Chriſti receſſum turbarum concurſum & curationem inſerit.

v. 22. Tunc oblatus eſt ei dæmonium habens, cæcus & mutus. non in hoc receſſu de quo v. 15. ſed alio tempore, & in domo; ut patet ex Marco.

CAPUT XIII.

v. 10. Et accedentes diſcipuli... non tunc, ſed cum rediiſſet domum poſt alias parabolas, quæ referuntur à v. 24. ad 33.

CAPUT XIV.

v. 1. *In illo tempore audivit Herodes tetrarcha famam Jeſu.* Hîc reſumit Evangeliſta narrationem interruptam à v. 2. c. 11. Vide obſervationem in v. 2. c. 11.

v. 3. *Herodes enim tenuit Joannem, & alligavit eum.* Vide obſerv. in v. 2. c. 4.

v. 13. *Quod cum audiſſet Jeſus...* quam ſcilicet opinionem de illo haberet Herodes. Hîc enim reſumit Evangeliſta narrationem interruptam à v. 3.

CAPUT XVII.

v. 10. *Et interrogaverunt eum diſcipuli...* Hæc interrogatio nullo modo ſequitur ex immediate præcedentibus, ſed procul dubio ex his ultimis verbis capitis ſuperioris, *Sunt quidam de hîc ſtantibus, qui non guſtabunt mortem, donec videant Filium hominis venientem in regno ſuo.* Cum enim Matthæus ſtatim ſubjeciſſet transfigurationem, nunc recolit quod omiſerat. In hoc Marcus ſequitur Matthæum.

CAPUT XIX.

v. 1. *Venit in fines Judææ trans Jordanem*, ſed prius in ipſam Judæam, ut patet ex Joanne. c. 10. v. 40 Vide notam D. Auguſtini, quam attuli in v. 13. c. 2. Matthæi.

CAPUT XXI.

v. 12. *Et ejiciebat omnes vendentes...* non prima die qua ingreſſus eſt in Templum, ſed ſecunda; ut conſtat ex Marco. Quæ enim duobus primis diebus geſta ſunt, ea promiſcue refert Matthæus, quaſi eodem die facta fuiſſent: & ita duos dies contrahit in unum, ut ille qui videtur eſſe ſecundus juxta Matthæum, ſit tertius juxta Marcum.

CAPUT XXIII.

v. 13. *Væ autem vobis Scribæ, & Phariſæi hypocritæ...* Occaſione illorum hypocriſis has Evangeliſta refert exprobrationes, quæ tamen in domo cujuſdam Phariſæi factæ ſunt; ut conſtat ex Luca. c. 11. v. 37.

v. 37. *Jeruſalem, Jeruſalem, quæ occidis Prophetas...* Occaſione Prophetarum occiſionis ſubjicit Evāgeliſta quæ videntur dicta fuiſſe à Chriſto cum jam jam ingreſſurus Jeroſolymam flevit ſuper illam, ut habet Lucas c. 19. v. 41. His enim ſequentibus verbis, *Non me videbitis amodo, donec dicatis: Benedictus, qui venit in nomine Domini*, alludit Chriſtus ad acclamationes populi, qui hiſce verbis utebatur.

CAPUT XXV.

v. 14. *Sicut enim homo peregre proficiſcens...* Hæc parabola poni poteſt immediate poſt caput præcedens, ob maximam rerum ſimilitudinem.

v. 31. *Cum autem venerit Filius hominis...* Hæc verba optime cohærent parabolæ virginum.

CAPUT XXVI.

v. 6. *Cum autem eſſet Jeſus in Bethania...* Videtur Evangeliſta hucuſque diſtuliſſe loqui de eo quod actum eſt in Bethania, ut ita pateret qua ratione motus fuiſſet Judas ut Jeſum traderet; nempe quia indignabatur ſibi periiſſe lucrum, quod ex vendito unguento provenire potuiſſet.

v. 29. *Dico autem vobis: non bibam amodo de hoc genimine vitis...* Occaſione calicis ſanguinis refert Evangeliſta quæ Chriſtus dixerat antea de calice vini, de quo quidem non loquitur hic Evangeliſta, neque Marcus, qui hæc eodem narrat ordine: ſed vide Lucam.

v. 30. *Et hymno dicto, exierunt in montem Oliveti*, id eſt, ſurrexerunt è menſa ut exirent; ſed aliquamdiu in ipſo cœnaculo morati ſunt, & forte etiam (ut plerumque fit) conſederunt. Nam inter hymni recitationem & egreſſum è cœnaculo multa dixit Chriſtus, ut conſtat ex Joannis capite 14, in cujus fine dicit Chriſtus: *Surgite, eamus hinc.*

CAPUT XXVII.

v. 27. *Tunc milites præſidis...* Non tunc præciſè; ſed antequam Pilatus Jeſum tradidiſſet crucifigendum acta ſunt ea quæ hoc & tribus ſequentibus verſiculis continentur; ut conſtat ex Luca & Joanne.

v. 52. Et multa corpora ſanctorum... Occaſione monumentorum apertorum anticipat Evangeliſta reſurrectionem corporum, quæ tamen poſt reſurrectionem Chriſti facta eſt, ſicut & eorum apparitio. Nullus enim ante Chriſtum reſurrexit ad gloriam & vitam immortalem.

MARCUS.

CAPUT I.

v. 14. Poſtquam autem traditus eſt Joannes... Hæc verba ſupponunt Joannis incarcerationem, quam per recapitulationem refert Evangeliſta c. 6. v. 17.

v. 40. Et venit ad eum leproſus... Hîc & in multis aliis locis particula *&* non conjungit ſequentia cum præcedentibus. Leproſus enim ille poſt Chriſti ſermonem in monte mundatus eſt; ut patet ex Matthæo. c. 8. v. 2.

CAPUT II.

v. 1. Et iterum intravit Capharnaum poſt dies... Ob aliquam præcedentium ſimilitudinem hîc ſubjicit Marcus quæ ſuo loco refert Matthæus initio capitis 9.

v. 23. Et factum eſt iterum, cum Dominus Sabbatis ambularet per ſata... Occaſione ſuperioris Phariſæorum querelæ ſequentem anticipat Evangeliſta querelam; quod facit & Lucas.

CAPUT III.

v. 20. Et veniunt ad domum. Vide quæ dixi de conjunctione *&* in v. 40. c. 1.

CAPUT IV.

v. 10. Et cum eſſet ſingularis.... cum ſcilicet domum veniſſet poſt propoſitas alias parabolas quæ referuntur à v. 26. ad 32.

v. 35. Et ait illis in illa die... non in illa ipſa die qua proponebat præcedentes parabolas, ſed in alia longe anteriori die qua pariter aſcenderat in naviculam; ut habet Matthæus c. 8. v. 23. Et certe Lucas qui c. 8. v. 22. transfretationem illam eodem refert ordine quo Marcus, clare

indicat non eſſe factam in die propoſitionis parabolarum: non enim dicit *in illa die* ut Marcus, ſed *Factum eſt autem in una dierum*.

CAPUT V.

v. 22. *Et venit quidam de archiſynagogis....* non ſtatim poſt transfretationem, ſed quibuſdam intermediis, quæ refert Matthæus c. 9. ab initio uſque ad v. 17.

CAPUT VI.

v. 1. *Et egreſſus inde...* hoc eſt, e regione maris Galilææ, ſeu ex urbe Capharnaum. Non enim ſtatim poſt ſuſcitatam archiſynagogi filiam, abiit in patriam ſuam Nazareth, ſed multo poſt; ut patet ex Matthæo. c. 13. v. 53.

v. 17. *Ipſe enim Herodes miſit ac tenuit Ioannem, & vinxit eum in carcere*. Vide obſerv. in v. 14. c. 1.

CAPUT IX.

v. 10. *Et interrogabant eum....* Vide obſerv. in v. 10. c. 17. Matthæi.

CAPUT X.

v. 1. *Et inde exurgens, venit in fines Iudææ ultra Iordanem*, ſed prius in ipſam Judæam, ut patet ex Joanne. c. 10. v. 40. Vide notam D. Auguſtini quam attuli in v. 13. c. 2. Matthæi.

CAPUT XI.

v. 1. *Et cum appropinquarent Ieroſolymæ & Bethaniæ...* hoc eſt, cum eſſent prope Jeroſolymam & Bethaniam: erant enim inter Bethaniam unde veniebant, & Jeroſolymam quo tendebant.

v. 25. *Et cum ſtabitis ad orandum...* Occaſione orationis ſubjicit Evangeliſta quæ Chriſtus alibi dixit de oratione. Vide Matthæum. c. 6. v. 14.

CAPUT XIV.

v. 3. *Et cum eſſet Bethaniæ...* Vide obſerv. in v. 6. c. 26 Matthæi.

v. 23. & biberunt ex illo omnes. 24. Et ait illis : Hic eſt ſanguis meus &c. Hæc verba dixit eis antequam bibiſſent. Itaque per recapitulationem ea refert Evangeliſta.

v. 25. Amen dico vobis, quia jam non bibam de hoc genimine vitis... Vide obſerv. in v. 29. c 26. Matthæi.

v. 26. Et hymno dicto, exierunt in montem Olivarum. Vide obſerv. in v. 30. c. 26. Matthæi.

CAPUT XV.

v. 16. Milites autem duxerunt eum in atrium Prætorii... Vide obſerv. in v. 27. c. 27. Matthæi.

LUCAS.

CAPUT I.

v. 3. viſum eſt & mihi, aſſecuto omnia à principio diligenter, ex ordine tibi ſcribere, optime Theophile.] *ex ordine*, Græce καθεξῆς, hîc idem eſt ac *ſigillatim* ſeu *diſtincte*. Non enim preſſius ſecutus eſt Lucas temporum ordinem quam alii tres Evangeliſtæ. Hoc autem procœmium, quod hiſtoriæ ſuæ præmiſit, toti Evangelicæ Hiſtoriæ ex quatuor illis Scriptoribus contextæ præmittere non dubito : neque enim huic minus convenit quam illi ; ſiquidem omnia quæ de dictis & factis Domini nobis tradiderunt Evangeliſtæ, unicuique Theophilo (id eſt Dei amico) diligenter aſſecutus propono.

CAPUT II.

v. 18. Et omnes qui audierunt... poſtquam reverſi ſunt paſtores. Hæc enim verba aliquantulum anticipata ſunt.

v. 39. Et ut perfecerunt omnia ſecundum legem Domini, reverſi ſunt in Galilæam, non immediate ex Jeroſolymis vel Bethleem, ſed poſt interpoſitam fugam in Ægyptum; ut conſtat ex Matthæo. Vide notam D. Auguſtini, quam attuli in v. 13. c. 2. Matthæi.

CAPUT III.

v. 19. Herodes autem tetrarcha... Cum enarraſſet Evan-

gelifta variam Joannis ad populum exhortationem, ſimul narrandum duxit quanta libertate etiam Herodem corripuerit. Unde & ipſius Joannis incarcerationem anticipat.

CAPUT IV.

v. 5. *Et duxit illum diabolus in montem excelſum* poſtquam *v.* 9. *duxit illum in Jeruſalem*, ut ſatis indicat Matthæus his verbis, *tunc*, *iterum*, cum dicit, c. 4. *v.* 5. *Tunc aſſumpſit eum diabolus in ſanctam civitatem.* *v.* 8. *Iterum aſſumpſit eum diabolus in montem excelſum valde.*

v. 14. *Et fama exiit per univerſam regionem de illo.* Occaſione reditus Chriſti in Galilæam, ejus famam ſubjicit Evangeliſta, quæ tamen non niſi poſt Galilææ peragrationem increbruit. Quod autem hîc anticipat Evangeliſta, ſuo loco poſtea reſtituit verſu ultimo.

v. 16. *Et venit Nazareth...* Antequam loquatur Evangeliſta de habitatione Chriſti in Capharnaum, ſubjicit furorem Nazarenorum erga illum; ut ita pateat cur relicta civitate Nazareth, venerit & habitaverit in Capharnaum.

v. 23. *Quanta audivimus facta in Capharnaum, fac & hîc in patria tua.* His verbis conſtat Chriſtum non veniſſe Nazareth niſi poſt multum temporis, quo manſit & miracula fecit in Capharnaum.

v. 31. *Et deſcendit in Capharnaum...* Reſumit Evangeliſta narrationem interruptam à v. 15.

CAPUT V.

v. 12. *Et factum eſt, cum eſſet in una civitatum, & ecce vir plenus lepra.* Vide obſerv. in v. 40. c. 1. Marci.

v. 17. *Et factum eſt in una dierum...* His verbis ſatis indicat Evangeliſta ſe non ſervare rerum ordinem. Vide etiam obſerv. in v. 1. c. 2. Marci.

CAPUT VI.

v. 1. *Factum eſt autem in Sabbato ſecundo-primo...* Vide obſerv. in v. 23. c. 2 Marci.

Verſiculos 45. & 46. inſerit Evangeliſta ob præcedentium & ſequentium ſimilitudinem: ſed melius ordinantur apud Matthæum. c. 12. v. 35. & c. 7. v. 21.

CAPUT VIII.

v. 4. *Cum autem turba plurima convenirent...* Antequam Evangeliſta narret miſſionem Apoſtolorum, quæ peragrationem ſecuta eſt, omiſſa recolit.

v. 19. *Venerunt autem ad illum...* non tunc, ſed ante propoſitam ſuperiorem parabolam; ut patet ex Matthæo & Marco.

v. 22. *Factum eſt autem in una dierum...* Vide obſerv. in v. 35. c. 4. Marci.

v. 41. *Et ecce venit vir, cui nomen Jairus...* Vide obſerv. in v. 22. c. 5. Marci.

CAPUT IX.

v. 1. *Convocatis autem duodecim Apoſtolis....* Reſumit Evangeliſta narrationem interruptam à v. 4. ſuperioris capitis.

v. 51. *Factum eſt autem dum complerentur dies aſſumptionis ejus...* Cum duo inſignia Chriſti monita Lucas retuliſſet, quorum prius ad vitandam ambitionem, alterum ad vitandam invidiam Apoſtolos hortabatur, commodum eſſe locum credidit adjiciendæ monitionis tertiæ adverſus ultionem. Monet tamen ea, quæ hîc refert, non tunc accidiſſe, ſed paulo ante mortem Chriſti, cum dicit, *dum complerentur dies aſſumptionis ejus.*

v. 57. *Factum eſt autem ambulantibus illis in via...* non in illa quam tunc tenebant, ſed in alia; cum ſcilicet Jeſus juſſiſſet ire trans fretum. Matth. c. 8. v. 18.

CAPUT X.

v. 13. *Væ tibi Corozain...* Occaſione eorum quæ Chriſtus dixit de civitatibus quæ diſcipulos non ſuſceperint, hîc ſubjicit Evangeliſta quæ longe ante dicta ſunt; ut patet ex Matthæo. c. 11. v. 20.

v. 38. *Factum eſt autem, dum irent, & ipſe intravit in quoddam caſtellum.* Veriſimile eſt hoc referri per recapitulationem, & intraſſe Chriſtum in caſtellum illud dum Judæam peragrarent ſeptuaginta duo diſcipuli quos miſerat ante faciem ſuam. Licet enim diſcipulorum miſſioni reditum ſtatim ſubjiciat Evangeliſta, certum eſt tamen multa interceſſiſſe.

CAPUT XI.

Ab initio capitis 11. uſque ad v. 14. c. 18. plurima referuntur documenta quæ nullo modo inter ſe cohærent. Similiter & facta quædam extra locum referuntur non alia (ut videtur) ratione quam quia eorum occaſione multa dicta ſunt ad doctrinam pertinentia. Videtur enim Evangeliſta varia voluiſſe in unum colligere documenta, quæ diverſis locis ac temporibus à Chriſto tradita ſunt. Hæc ſufficeret generatim dixiſſe; tamen aliqua ſingulatim tangam.

v. 1. *Et factum eſt, cum eſſet in quodam loco orans...* Hîc recolit Evangeliſta quod omiſerat in eo ſermone quem habuit Chriſtus in loco campeſtri. Locus ergo ille, in quo erat orans, eſt ipſe mons in quem aſcenderat ut oraret, antequam deſcenderet in locum campeſtrem c. 6. v. 12.

v. 37. *Et cum loqueretur, rogavit illum quidam Phariſæus...* non cum hæc præcedentia loqueretur, (& quidem hoc non indicat Evangeliſta)ſed alio tempore, cum item populum doceret.

CAPUT XII.

v. 1. *Multis autem turbis circumſtantibus...* Occaſione ſuperiorum anticipat Evangeliſta quædam eorum, quæ poſtea ſuo loco refert. c. 20. v. 45.

v. 4. *Dico autem vobis amicis meis...* Quæ Chriſtus Apoſtolis ſuis dixit,cum eos ad prædicandum mitteret & contra adverſa præmuniret, hîc ea Lucas ſubjicit ob aliquam cum præcedentibus convenientiam.

v. 13. *Ait autem ei quidam de turba...* Hæc non ſequuntur ex ſuperioribus, neque cum illis cohærent; ſed optime poni poſſunt poſt parabolam duorum fratrum, quibus ſuam diviſit pater ſubſtantiam. Videtur enim ille homo fuiſſe de turba cui Chriſtus hanc proponebat parabolam, & ex ipſis Chriſti verbis occaſionem arripuiſſe talia ab eo petendi.

CAPUT XIII.

v. 1. *Aderant autem quidam ipſo in tempore...* Vide obſerv. in v. 1. c. 12. Matthæi.

v. 18. *Dicebat ergo: Cui ſimile eſt Regnum Dei...* Duas ſequentes parabolas extra proprium locum recenſitas eſſe patet ex Matthæo & Marco. Itaq; verſiculo 17 jungendus eſt verſiculus 22, ubi habetur: *Et ibat per civitates & ca-*

ſtella docens, & iter faciens in Jeruſalem; ad feſtum ſcilicet Encæniorum, de quo loquitur Joannes.

v. 34. *Jeruſalem, Jeruſalem, quæ occidis Prophetas*... Occaſione verborum proxime præcedentium anticipat Evangeliſta quæ Chriſtus jam jam ingreſſurus Jeroſolymam protulit; ut dixi in v. 37. c. 23. Matthæi.

CAPUT XVIII.

v. 35. *Factum eſt autem, cum appropinquaret Jericho*... hoc eſt, cum prope eſſet. Non enim ingrediebatur, ſed egrediebatur, quando miraculum illud patravit; ut conſtat ex Matthæo & Marco. Igitur Lucas hoc miraculum refert per anticipationem.

CAPUT XIX.

v. 29. *Et factum eſt, cum appropinquaſſet ad Bethphage & Bethaniam*... hoc eſt, cum eſſet prope Bethphage & Bethaniam. Erat enim inter utrumque caſtellum.

v. 45. *Et ingreſſus in Templum, cæpit ejicere vendentes in illo*; non prima die qua ingreſſus eſt in Templum (& quidem hoc non dicit Lucas) ſed ſecunda, ut patet ex Marco, qui dies diſtincte memorat.

CAPUT XXII.

v. 21. *Verumtamen ecce manus tradentis me mecum eſt in menſa.* 22 *Et quidem filius hominis, ſecundum quod definitum eſt, vadit: verumtamen væ homini illi, per quem tradetur.* Cum legali cœnæ ſtatim inſtitutionem Euchariſtiæ ſubjeciſſet Evangeliſta, nunc per recapitulationem refert quæ Chriſtus ante inſtitutam Euchariſtiam (ut conſtat ex Matthæo & Marco) de proditione Judæ dixerat. Tamen D. Auguſtinus & poſt eum alii non pauci ordinem narrationis Lucæ ſequentes exiſtimaverunt proditionem Judæ à Chriſto fuiſſe revelatam poſt inſtitutionem Euchariſtiæ, proindeque Judam inſtitutioni illi interfuiſſe. Verum poſt inſtitutionem illam non potuit Chriſtus dicere, M. *Unus veſtrûm me traditurus eſt* m. *qui manducat mecum*.... *Unus ex duodecim qui intingit mecum manum* M. *in paropſide, hic me tradet:* nam Euchariſtia res eſt ultima quam diſcipulis ſuis manducandam præbuit antequam eos relinqueret, nec ipſe nec illi poſt talem eſcam immorati ſunt in intingendo pane in paropſide, quaſi eam obiter manducaſſent; unde & ante in-

ſtitutionem Euchariſtiæ dedit Judæ *panem intinctum* de quo loquitur Joannes. Judas autem *cum accepiſſet buccellam, exivit continuo*, inquit idem Evangeliſta: ergo exivit antequam inſtitueretur Euchariſtia; ut animadverterunt D. Hilarius c. 30 in Matthæum; Rupertus. tom. 2. lib. 10. de gloria & honore Filii hominis ſuper Matthæum, circa medium; & alii nonnulli. Porro textus Joannis à loco ubi dicit Chriſtum ad menſam iterum recubuiſſe, uſque ad locum incluſive ubi Judæ proditionem revelat Chriſtus, adeo ſibi cohæret, ut nullomodo permittat credere revelationem iſtam poſt inſtitutionem Euchariſtiæ factam fuiſſe. Vide Rupertum ea de re optime diſſerentem.

v. 24. *Facta eſt autem & contentio inter eos*... Occaſione anxietatis Apoſtolorum, quiſnam eorum traditurus eſſet Jeſum, ſubjicit Evangeliſta contentionem quis eorum eſſet major, quæ contentio inter ipſos orta eſt eo tempore quo filii Zebedæi à Chriſto petierunt ut ſederent unus ad dexteram & unus ad ſiniſtram ejus in Regno ipſius; ut patet ex Matthæo & Marco. Et certe ſequentia illa verba, *Ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi Pater meus Regnum*, optime duorum illorum fratrum petitioni conveniunt.

v. 66. *Et duxerunt illum in concilium ſuum, dicentes: Si tu es Chriſtus, dic nobis. &c.* Antequam referat Evangeliſta Chriſtum ductum fuiſſe ad Pilatum, reſumit quæ noctu peracta ſunt apud Caipham. Eadem enim eſt interrogatio quæ memoratur à Matthæo c. 26. v. 63. Marco c. 14. v. 61. & Luca hîc; illamque ſubiit Chriſtus antequam illuderetur & percuteretur, ut conſtat ex Matthæo & Marco.

JOANNES.

CAPUT I.

v. 15. *Joannes teſtimonium perhibet de ipſo, & clamat, dicens: Hic erat, quem dixi; Qui poſt me venturus eſt, ante me factus eſt; quia prior me erat.* Hoc non potuit dicere Joannes Baptiſta niſi poſtquam teſtimonium illud perhibuit Judæorum legatis v. 27. Itaque verſiculo illo 15. refert Evangeliſta per anticipationem quod ſuo loco ponit v. 30.

v. 16. Et de plenitudine ejus nos omnes accepimus... Verba ſunt Evangeliſtæ reſumentis narrationem interruptam: pergit enim loqui de plenitudine, de qua jam locutus fuerat v. 14.

v. 19. Et hoc eſt teſtimonium Joannis, quando miſerunt Judæi... quaſi diceret: Joannis autem teſtimonium, de quo ſupra locutus ſum (in fine ſcilicet verſiculi 15) hoc modo fuit perhibitum, quando miſerunt Judæi &c. Quoniam in Concordia ante verſiculum 15 colloco hæc verba *Et hoc eſt teſtimonium Joannis*, rubris tantum literis ea exprimo, tunc enim Hiſtoriæ contextui non conveniunt. Vide obſerv. in v. 15.

v. 29. Altera die... non ſecunda ab ea in qua Judæorum legatis ſatisfecerat, ſed alia quadam die poſt. Hæc enim legatio facta eſt antequam baptizatus & notus eſſet Chriſtus: quæ autem ſequuntur, poſt ejus jejunium acciderunt. Cum de Chriſti jejunio, de quo tres primi Evangeliſtæ ſermonem fecerant, ultra loqui ſupervacaneum crederet Joannes, continua narratione conjunxit varia Joannis Baptiſtæ de Chriſto teſtimonia. Vide etiam annot. 1. art. 44. Concordiæ.

CAPUT XII.

v. 14. Et invenit Jeſus aſellum, & ſedit ſuper eum .. non poſt acclamationem turbarum, ſed ante, ut patet ex aliis Evangeliſtis.

v. 36. Et abiit, & abſcondit ſe ab eis... non tunc, ſed poſt completum ſermonem, qui reſumitur à v. 44. uſque ad finem capitis.

v. 37. Cum autem tanta ſigna feciſſet coram eis... His verbis interrumpit Evangeliſta Chriſti ſermonem, ut oſtendat cur Judæi in Chriſtum non crederent, licet ipſe Chriſtus eos tantopere hortaretur.

v. 44. Jeſus autem clamavit, & dixit... Eſt continuatio ſermonis interrupti in v. 36. ut jam dixi.

CAPUT XVIII.

v. 24. Et miſit eum Annas ligatum ad Caipham Pontificem, non tunc, ſed ante; ut patet ex iis quæ memorantur à v. 15.

ANNOTATIONES
IN VARIA EVANGELII LOCA.

Etsi ex accurata Evangeliſtarum connexione ac diſpoſitione maxima lux affulget Evangelio, multæ tamen in eo reſtant difficultates, ad quas explanandas annotationibus opus eſt. Itaque, ne quid ad ſufficientem Evangelii intelligentiam hoc in volumine deſideretur, ea ſaltem loca, quæ ne male intelligantur periculum eſt, hîc illuſtrare aggredior. Non quidem dubito quin omnia, vel clariſſima, ab impiis & malignis perverſe explicari poſſint: ſed de iis tantum loquor locis, quæ piorum etiam ac docilium animos movere poſſunt; ut ſunt verbi gratia quædam apparentes contradictiones in hiſtoria vel doctrina, exaggerationes quædam circa mores, modi quidam loquendi & agendi in Chriſto accommodate ad captum & mores hominum. Annotationum autem, quibus hæc omnia illuſtrantur, quædam quidem meæ ſunt, plurimæ vero ex variis tum Patribus, tum aliis Interpretibus multo ſtudio ſelectæ, quorum nomina raro exprimo, tum brevitatis causâ, tum quia iſtas eorum annotationes non ſemper ſecundum verba, neque etiam ſemper omnino ſecundum ſenſum expono, tum etiam quia ſatis ex ſe ſolidæ ſunt, ut autoritate non indigeant.

Difficultates non fingo, ſicut nec diſſimulo. Multa ſunt difficilia, quæ ne leviter quidem attingunt Interpretes, dum ad ſenſum aliquem ſpiritualem & ad evaſiunculas confugiunt. Item multa ſunt facilia, quæ multorum Interpretum nimia diligentia & ſubtilitas difficilia reddiderunt. Extiterunt enim vaniloqui homines, & contentionis amantiores quam veritatis, qui in rebus etiam clariſſimis obſcuritates maximas invenire conati ſunt, ut ma-

teriam ſibi darent diſputandi, & oſtendendi ſe multa perſpexiſſe quæ alii numquam animadverterant: unde & opiniones multas à veritate alienas tenuerunt, & multæ frivolæ rationes ad eas tuendas ipſis excogitandæ fuerunt. Verum qui ſubtilibus & longius arceſſitis rationibus ingenium ſuum oſtentare ſtudent, multum utplurimum ſpe ſua fruſtrantur: ſæpe etenim nimia ſubtilitas non tam aciem ingenii notat quàm levitatem: præterea plerumque fit ut ſubtiles quædam ſententiæ, quæ ſatis placent in earum inventoribus, multum diſpliceant in ipſarum compilatoribus. Solum verum ac ſolidum ſemper & in omnibus diligitur. Ego minime ſubtilis ſubtilia non quæro: genuinum duntaxat ſenſum aſſequi contendo; quem ſi aſſecutus fuerim, ſit laus Deo.

Omnes meas ſeu potius noſtras annotationes hîc continenter afferre mihi viſum eſt: ſi enim eas infra ſingulas Concordiæ paginas collocaſſem, plurimæ ex iſtis paginis breviores fuiſſent ac deformatæ. Ne autem multa pluries repetenda ſint, annotationibus peculiaribus nonnullas præmitto generales, quarum unaquæque varia loca dilucidabit. Claritati non modo, ſed etiam brevitati ſtudui.

Quod ſi præter hunc librum aliud aliquod auxilium ad Evangelium uberius intelligendum appetis, ſequere conſilium Autoris Concordiæ Evangelicæ typis Caroli Savreux editæ. *Ne aſciſcas tibi immenſos illos commentarios* (inquit ille Doctor in ultimo ſuæ Præfationis articulo) *qui pietatis & divinæ Traditionis male ſecuri, & in unam ſcientiam intenti, jejunis utplurimum & ſterilibus quæſtionibus atque expoſitionibus paginas implent, quibus divini eloquii ſapor non modo non deguſtatur ſuavius, ſed plane obtunditur... Verum adjunge tibi aliquem è ſanctis Patribus... aut Interpretem graviorem paternæ traditionis & antiquæ pietatis æmulum & ſectatorem. Cum enim ſola Eccleſia Catholica Scripturæ ſacræ vera ſit interpres (quod quidem hæretici ſoli negaverint) ij demum ad Scripturam exponendam videntur adhibendi, quos ipſa Patribus ſuis ac defenſoribus annumerat, vel qui eorum ſenſibus ac veſtigiis ſtudioſiſſime adhæreſcunt.*

ANNOTATIONES GENERALES.

DE SANCTISSIMA TRINITATE.

NOn mei eſt inſtituti de Religionis noſtræ myſteriis hîc fuſe diſſerere, ſed de iis ea tantum dicere quæ ad quorumdam ex notabilioribus Evangelii locis intelligentiam maxime neceſſaria ſunt. Nonnulla quidem dicam quæ omnes vel à pueritia edocti ſumus, quæque ideo valde communia videbuntur; ſed ea non inutiliter & ſine cauſa dicta eſſe lector perſpicax facile animadvertet.

Deus eſt ſpiritus perfectiſſimus & æternus, qui ſeſe ab æterno perfectiſſime cognoſcit, quique proinde ab æterno perfectiſſimam ſui format imaginem, quæ dicitur Verbum ejus, id eſt, mentis ejus conceptio. Itaque *in principio*, antequam quidquam fieret, *erat Verbum* divinum; quia eſt ab æterno; *& Verbum* illud *erat apud Deum*; nam quodlibet verbum internum, ſeu quælibet cogitatio eſt in intellectu à quo formatur: non autem erat in Deo tamquam res adjacens aut inhærens, ſed tamquam perſona diſtincta per ſe ſubſiſtens: *& Deus erat Verbum* illud, & idem Deus ac principium à quo procedebat; quidquid enim in Deo eſt, Deus eſt. Verbum ſeu ſecunda Perſona divina dicitur Filius eo quod generetur à prima, quæ idcirco dicitur Pater. Ex Patre & Filio tertia ab æterno procedit perſona, quæ ab illis diſtincta eſt, quæque cum illis eſt unus & idem Deus, cum unam & eamdem habeant tres illæ Perſonæ naturam divinam. Tertia Perſona dicitur Spiritus ſanctus, eo quod ſit ſpiramen ſeu amor Patris in Filium & Filii in Patrem.

Cum tres Perſonæ ſint unus & idem Deus, in omnibus æquales ſunt: & quamvis Scriptura ſoleat tribuere potentiam Patri tamquam principio, ſapientiam Filio tamquam per intellectum genito, & bonitatem ſeu amorem Spiritui ſancto tamquam amori Patris & Filii; tamen Pater eſt ſapiens ſicut Filius, Filius eſt potens ſicut Pater, uterque bonus eſt ſicut Spiritus ſanctus, & Spiritus ſanctus potens eſt & ſapiens ſicut Pater & Filius. Licet etiam omnia ſanctiſſimæ Trinitatis opera ad extra ſeu circa creaturas ſic inter ſe ſubinde diſtinguantur, ut opera potentiæ Patri, opera ſapientiæ Filio, & opera charitatis

Spiritui ſancto tribuantur ; indiviſibiliter tamen tres illæ perſonæ operantur , ita ut actio unius trium omnium ſit actio.

De incarnatione Verbi.

Verbum caro factum eſt. Filius Dei factus eſt homo unita ſibi humanitate , corpore ſcilicet humano & anima rationali : unde Deus & homo eſt ; æqualis Patri quatenus Deus , quo ſenſu ait ; *Ego & Pater unum ſumus* , art. 277. minor Patre quatenus homo , quo ſenſu ait ; *Pater major me eſt* , art. 402.

Per hypoſtaticam ſeu ſubſtantialem unionem ita adnectitur Verbo Dei natura humana quam aſſumpſit , ut unica ſit in eo perſona, quæ vocatur JESUS (id eſt, Salvator) quia *ſalvum fecit populum ſuum à peccatis eorum* , art. 14. CHRISTUS (id eſt unctus) quia à primo incarnationis ſuæ inſtanti *unxit eum Deus Spiritu ſancto , & virtute* , Act. 10. 38.

Tres Perſonæ divinæ naturam humanam Chriſti formaverunt , & in ea ſubſtantialem illum nexum produxerunt quo hypoſtatice Verbo unita eſt : unde abſolute dicendæ ſunt operatæ fuiſſe incarnationem Filii , ſicut operantur omnes alias actiones ad extra. Appropriatur tamen ſpeciatim Spiritui ſancto hæc incarnatio , quia opus eſt eximiæ Dei charitatis erga homines ; qualia opera Spiritui ſancto tribuere ſolet Scriptura , ut in fine præcedentis articuli dictum eſt. Licet autem ab omnibus tribus Perſonis productus ſit nexus ille ſubſtantialis quo natura humana divinæ unita eſt, formaliter tamen non connexa eſt natura humana cum alia quam cum Perſona Filii : unde ſolus Filius incarnatus eſt.

Aſſumendo naturam noſtram mortalem & infirmam,eam cum appetitu iraſcibili & motuum ejus capaci aſſumpſit : ſed in hoc inter nos & Chriſtum diſcrimen illud maximũ eſt, quod nos iſtiuſmodi motus utpote rationem plerumq; præcurrentes patiamur,etiam inviti,in nobiſque ad objecta illicita non minus ferantur quam ad licita ; Chriſtus vero ſponte,quando, quomodo,& quantum volebat ſentiret, ac erumpere ſineret , in eoque numquam ad illicita propenſi eſſent, nec ullomodo rectæ rationi adverſarentur. Ut omnib⁹ corporis infirmitatibus,ita & omnibus animę afflictionibus obnoxius eſſe voluit. Adeo ſemetipſum exinanivit,

ut ceterorum hominum ſimilis apparere, ſeſeque ad eorum opinionem inter agendum & loquendum accommodare voluerit. Licet ab æterno quatenus Deus & à primo conceptionis ſuæ inſtanti quatenus homo ſapientia & ſcientia plenus eſſet, omniaque præterita, præſentia & futura perfectiſſime noviſſet; plerumque tamen uti malebat experimentali notitia, quam ſucceſſu temporis & viciſſitudines ætatum ſubeundo acquirebat. Quæ ignorare credebatur, de iiſdem quaſi ea ignoraſſet interrogabat: modo mirabatur, modo lætabatur, modo contriſtabatur; quaſi admirationis, gaudii aut triſtitiæ cauſam non prævidiſſet. More humano viſis aliorum miſeriis & lacrimis ſe ex animo compati & condolere demonſtrabat: verbi gratia, ſuper Lazarum affectu humano commotus eſt in modum turbati, uſque ad mutationem vultus, vocis, & habitus exterioris; ita tamen ut nihil in eo rectę rationi diſſentaneum fuerit aut apparuerit. Porro triſtitia in Chriſto non excludebat nec turbabat gaudium beatificæ fruitionis ejus; quia erant de diverſis objectis.

Etſi Chriſtus erat ipſa ſanctitas, peccator tamen videri non refugiebat: non enim ſolas, quæ occurrebant, mentis & corporis pœnas ſubibat; ſed etiam jejunium aliaſque corporis afflictationes ſibi imponebat quaſi delicta expianda habuiſſet. Et ſane habebat, non quidem propria, ſed noſtra. Etſi legis magiſter erat, ei tamen ſeſe ſubjicere voluit, eamque penitus adimplere. *Cum in forma Dei eſſet*, (inquit D Paulus ad Philippenſes 2. 6.) *non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo: ſed ſemetipſum exinanivit formam ſervi accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo. Humiliavit ſemetipſum factus obediens uſque ad mortem, mortem autem crucis.*

Etſi in utero Beatæ Virginis Mariæ ſine viri opera, ſed ſola Spiritus ſancti virtute conceptus fuerat; tamen quia myſterium illud non erat niſi congruenti tempore revelandum, Joſephi filius ab hominibus haberi non recuſavit. Porro non immerito dici poterat filius Joſephi; ſi enim non erat ejus filius ſecundum ſanguinem, ad eum tamen pertinebat ratione matrimonii & educationis; & hoc ſenſu filius ejus dicitur à Beato Luca myſterii non ignaro, art. 23. quin & ab ipſa Virgine Maria, art. 30.

Non intempeſtive promulgandum erat incarnationis myſterium, ſed erat habenda ratio diſpoſitionis animorum

rum hominum : unde Jeſus non tantum dæmonibus ipſum energumenorum ore Filium Dei vocantibus ſilentium imponebat, art. 71. 103. verum etiam beatis Apoſtolis ſuis nonnumquam præcipiebat *ut nemini dicerent quia ipſe eſſet Chriſtus*, art. 214. & ipſe non ſemper ſe declarabat Filium Dei, ſed plerumque ſe vocabat *Filium hominis*, qua periphraſi hominem deſignare ſolebant Hebræi ad majorem quamdam expreſſionem humanæ miſeræ, utpote cui magis obnoxius eſſe videtur qui longa ſerie ex homine miſero miſer naſcitur.

De variis Christi dictis juxta divinam ejus generationem, et humanam.

Sicut Pater ab æterno ſuam eſſentiam communicat Filio ; ita ſapientiam, ſcientiam, potentiam, omnes denique ſuas perfectiones ab æterno ei communicat ; ſiquidem divinæ perfectiones ipſa divina eſſentia ſunt : Unde *docere*, *demonſtrare*, *dare* idem eſt in Patre reſpectu Filii, ac *generare* ; & *audire*, *diſcere*, *videre*, *accipere* non aliud eſt in Filio reſpectu Patris, quam *generari*.

Itaque *non poteſt Filius à ſe facere quidquam* ; quia non eſt à ſe, ſed à Patre : nihil poteſt facere, *niſi quod viderit Patrem facientem* ; *quæcumque enim ille fecerit*, *hæc & Filius ſimiliter facit.* Opera Filii ſunt etiam opera Patris, cum Pater & Filius in unica ſubſiſtant eſſentia, & per unicam operentur potentiam. *Pater diligit Filium*, *&* eum ſibi æqualem generando *omnia demonſtrat ei quæ ipſe facit*, art. 95. *Non poſſum ego à meipſo facere quidquam* (inquit Chriſtus, art. 96.) nihil poſſum facere, quod non acceperim à Patre, quod Pater per me non faciat, cujus Pater non ſit autor : *ſicut audio* ab eo, *judico* ; id eſt, ſecundum voluntatem & operationem ejus in me, judicaturus ſum. (Agitur enim de reſurrectione mortuorum.) *Ego ex meipſo non ſum locutus ; ſed qui miſit me Pater, ipſe mihi mandatum dedit quid dicam & quid loquar*, art. 335. *Sicut docuit me Pater, hæc loquor*, art. 246. *& ſicut mandatum dedit mihi Pater, ſic facio*, art. 402. *Deſcendi* enim *de Cœlo, non ut faciam voluntatem meam*, id eſt, quæ mihi propria ſit, & à voluntate Patris diſſentanea ; *ſed voluntatem ejus, qui miſit me*, art. 196. *A meipſo non veni*, art. 238. ſed per æternam generationem *exivi à Patre*, *&* per incarnationem *veni in*

mundum , art. 410. tamen ſemper *ego ſum in Patre , & Pater in me eſt* , art. 400. Unde *qui videt me* internis fidei oculis , *videt* iiſdem *& Patrem.* Quin & qui externis oculis videt me tanta miracula patrantem , videt Patrem meum in opere ſuo : ſicut qui videt hominem operantem , videt animam ejus in effectu illius.

Chriſtus quatenus Deus numquam à Patris gloria diſceſſit : miſſus eſt à Patre , de Cælo deſcendit , non phyſice , ſed metaphorice ; humiliando & exinaniendo ſeipſum , terrenamque naturam noſtram aſſumendo. Phyſice tamen aſcendit in Cœlum quatenus homo , quo ſenſu ait; *Relinquo mundum , & vado ad Patrem* , art. 410.

Iſtiuſmodi formulæ , *venire à ſemetipſo* , *loqui à ſemetipſo* , *agere à ſemetiſo* , *facere voluntatem ſuam* , ſunt locutiones uſitatiſſimæ , quæ plerumque ſignificant ſeſe intrudere , dicta fingere , agere ſine autoritate & ex ſuo ſolo nutu vel beneplacito , nullius ſequi voluntatem.

Quibus expreſſionibus utitur Chriſtus cum de ſe loquitur juxta naturam divinam , iiſdem utitur cum de Spiritu ſancto loquitur ; tumq; eodem modo explicandæ ſunt. Sicut Spiritus ſanctus eſſentiam ſuam habet à Patre & Filio , ita quidquid ejus eſt , ab iiſdem habet ; quia nihil eſt in eo , quod non ſit ejus eſſentia : unde *audire & accipere* idem eſt in eo , ac *procedere.*

Cum venerit ille Spiritus veritatis , ait Chriſtus diſcipulis ſuis , art. 408. *docebit vos omnem veritatem : non enim loquetur à ſemetipſo* , quaſi rerum ignarus & fictor ; *ſed quæcumque audiet* à me & à Patre meo *loquetur* , *& quæ ventura ſunt annuntiabit vobis* per internam illuminationem. Nihil vos docebit contrarium doctrinæ vel voluntati meæ ; quia *de meo accipiet* , id eſt , de mea ſcientia , quam unà cum eſſentia divina accipit à me ſicut & à Patre meo ; ſiquidem *omnia quæcumque habet Pater , mea ſunt.*

Etſi in Perſonis divinis omnia ſunt ab æterno , per futurum tamen de Spiritu ſancto ſic Chriſtus loquitur , *audiet* , *de meo accipiet* ; tum quia agitur de re quæ reſpectu diſcipulorum futura erat , tum quia de iis quæ æterna ſunt , non minus futurum quam præſens & præteritum enuntiari poteſt. Quod ab æterno Spiritus ſanctus accepit à Patre & Filio , ſemper accipit , & ſemper accipiet.

Dicit etiam Chriſtus ſe accepturum à Patre potentiam

vivificandi mortuos in fine ſeculi, eoſque judicandi. *Pater diligit Filium*, inquit, art. 96. *& majora his* quæ videtis *demonſtrabit ei opera :* Non quaſi antea non demonſtraſſet ; ſed humano more per futurum loquitur, quia de futuro opere ſermo eſt.

DE QUIBUSDAM CHRISTI MODIS agendi & loquendi, & de quibuſdam vocabulis, tum ipſius, tum aliorum qui in Evangelio loquuntur aut citantur, tum etiam ipſorum Evangeliſtarum.

Chriſtus aliquando miracula ſua publicare vetabat, aliquando jubebat, propter ſcilicet diverſam rationem. Quando vel extra conſpectum hominum, vel coram paucis miracula operabatur, plerumque præcipiebat ne manifeſtarentur ; ſic indicans ſe non ea patrare ut inde gloriam ab hominibus acciperet : qui autem affecti erant beneficio facile intelligebant ſilentium non adeo ſibi eſſe præceptum, ut peccarent, ſi propter gratitudinem beneficium acceptum prædicarent. Et quidem eos ſæpius hoc feciſſe ex Evangelio liquet, nec tamen uſquam eorum factum ab Evangeliſtis reprehenditur, ſed potius tamquam laudabile commemoratur. Nonnumquam etiam miracula ſua Chriſtus aliquo modo abſcondebat ab ipſiſmet in quorum favorem ea patrabat ; ut cum cæco cuidam paulatim viſum reſtituit, quaſi naturaliter eum curaret, art. 212. Porro quando ſeſe offerebat occaſio miraculorum publice edendorum, ea edere non refugiebat : quin & dæmoniaco à legione dæmonum liberato tantum beneficium annuntiare præcipit ; ſed in iſto præcepto nobis exemplum exhibet humilitatis ac modeſtiæ, ſiquidem facti gloriam in Deum transfert, cum dicit : *Vade in domum tuam ad tuos, & annuntia illis quanta tibi Dominus Deus fecerit & miſertus ſit tui*, art. 79.

A rebus materialibus captare ſolet occaſionem loquendi de ſpiritualibus ; ut : *Si ſcires donum Dei, & quis eſt qui dicit tibi, Da mihi bibere ; tu forſitan petiſſes ab eo, & dediſſet tibi aquam vivam*, art. 59. *Rogabant eum diſcipuli, dicentes : Rabbi, manduca. Ille autem dixit eis : Ego cibum habeo manducare quem vos neſcitis..... Meus cibus eſt, ut faciam voluntatem ejus qui miſit me.* art. 62.

Quæritis me, non quia vidiſtis ſigna, ſed quia manducaſtis ex panibus, & ſaturati eſtis. Operamini, non cibum qui perit, ſed qui permanet in vitam æternam, art. 194.

De rebus ſpiritualibus & de ipſis divinis metaphorice loqui ſolet; ut: *Deſcendi de Cœlo*, art. 196. *Miſit me Pater*, art, 97. *Paracletus Spiritus ſanctus quem mittet Pater in nomine meo, &c.* art. 402. *Si quis diligit me, ſermonem meum ſervabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus*, art. 401. *Ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi Pater meus, Regnum; ut edatis & bibatis ſuper menſam meam in Regno meo, & ſedeatis ſuper thronos judicantes duodecim tribus Iſrael*, art. 315. *Elevans oculos ſuos cum eſſet in tormentis... dixit: Pater Abraham, miſerere mei, & mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti ſui in aquam, ut refrigeret linguam meam*, art. 300. Animabus membra tribuit, ut earum proprietates magis accommodate captui hominum declaret.

Aliquando ut aliquid ſignificet eſſe difficillimum, illud dicit impoſſibile; ut: *Non poteſt arbor bona malos fructus facere, neque arbor mala bonos fructus facere*, art. 130. *Quomodo poteſtis bona loqui, cum ſitis mali?* art. 146. Non negat abſolute & omnino poſſe; multi enim mali cum ſint, & bona loquuntur, & bona operantur: ſed dicit quod naturale, quod uſitatum, quod diuturnum eſt; plerumque enim boni bona & mali mala loquuntur & operantur; & ſi quando ſecus fit, id & præter naturam & præter conſuetudinem accidit, & diuturnum eſſe non poteſt.

Cum aliquid alicui præferre vult, illud affirmare ſolet, hoc negare; ut: *Non vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis*, art. 180. id eſt, non tam vos loquimini quam Spiritus ſanctus. *Mea doctrina non eſt mea, ſed ejus qui miſit me*, art. 237. id eſt, non tam mea eſt quam Patris mei; ab eo enim accepi eam. *Quicumque me ſuſceperit, non me ſuſcipit, ſed eum qui miſit me*, art. 226. id eſt, non tam me ſuſcipit quam Patrem meum. *Qui credit in me, non credit in me, ſed in eum qui miſit me*, art. 335. id eſt, non tam in me credit quam in Patrem meum.

Quoties fidem ſic commendat, *Qui verbum meum audit & credit ei qui miſit me, habet vitam æternam*, art. 96. *Qui credit in me, habet viam æternam*, art. 197. de fide viva & per charitatem operante loquitur, non vero de fide mortua & operibus deſtituta; ut patet ex variis Evan-

gelii locis. Item quando dicit, *Qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam,* art. 198. non de qualicumque carnis ſuæ manducatione & ſanguinis ſui potione loquitur, ſed de digna, quam ſcilicet fides, ſpes, & charitatis opera comitantur.

Juxta modum loquendi Scripturæ Deus ſæpe dicitur id facere quod tantum permittit; ut: *Excæcavit oculos eorum, & induravit cor eorum*, art. 337. Excæcat non illuminando, & indurat non molliendo; id eſt, gratiam non dando, aut datam auferendo, ut docet D. Auguſtinus. Vide annot. art. 337.

Aliquando multi ſumuntur pro omnibus, & pauci pro nullis; ut: *Egrediebatur ad eum omnis Judææ regio, & Jeroſolymitæ univerſi, & omnis regio circa Jordanem*, art. 35. *Teſtimonium ejus nemo accipit*, art. 55.

Ut, ne, in, ad, pro, multis in locis non veram cauſam, ſed apparentem tantum, ſeu potius eventum ſignificant; ut: *Infirmitas hæc non eſt ad mortem, ſed pro gloria Dei*, art. 306. *Videntes non vident, & audientes non audiunt neque intelligunt; nequando convertantur, & dimittantur eis peccata*, art. 161. *Veni ſeparare* (id eſt, ut ſeparem; vel, ad ſeparandum) *hominem adverſus patrem ſuum*, art. 182. *Ut adimpleretur quod dictum eſt per Prophetam.* Aliquando in eadem ſententia & veram cauſam & apparentem ſeu eventum indicant ſub diverſo reſpectu; ut: *In judicium ego in hunc mundum veni; ut qui non vident videant, & qui vident cæci fiant*, art. 254. *Poſitus eſt hic in ruinam & in reſurrectionem multorum in Iſrael*, art. 23.

Quia effectum aliquando ſignificat, non vero cauſam, niſi apparentem; ut: *Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Iſaias, &c.* art. 337. Aliquando indicium denotat; ut: *In veritate non ſtetit, quia non eſt veritas in eo*, art. 248.

Ergo, autem, enim, quoniam, & ſimiles voces, non ſemper cauſam aut illationem, ſed tantum ſermonis continuationem ſæpe ſignificant; ut: *Ne timeas, Zacharia; quoniam exaudita eſt deprecatio tua*, art. 6. *Ne timeas, Maria; inveniſti enim gratiam apud Deum*, art. 8.

Sicut non ſemper æqualitatem, ſed aliquam tantum ſimilitudinem ſeu comparationem multis in locis ſignificant; ut: *Eſtote perfecti ſicut & Pater veſter cœleſtis perfectus eſt*, art. 119. *Sicut tu me miſiſti in mundum, & ego miſi eos in mundum*, art. 452. *Ego claritatem, quam de-*

diſti mihi, dedi eis; ut ſint unum ſicut & nos unum ſumus... Dilexiſti eos ſicut & me dilexiſti, art. 413.

Sicut & *quaſi* aliquando proprietatem indicant, non ſimilitudinem; ut: *Erat docens eos ſicut poteſtatem habens*, art. 132. *Vidimus gloriam ejus, gloriam quaſi unigeniti à Patre*, art. 2.

Vocari frequenter uſurpatur pro eſſe; ut: *Vocabitur Filius Dei*, art. 8. *Vocabunt nomen ejus Emmanuel*, art. 14. *Sanctum Domino vocabitur*, art. 22.

Sæpe etiam *ſtare* dicitur pro ſiſtere ſe, præſens adeſſe, manere; *ſedere* pro requieſcere, manere, præſens adeſſe; *aſcendere* & *deſcendere* pro ire; *timere* pro ſtupefieri, & *timor* pro ſtupore; *verbum* & aliquando *ſermo* pro re: quod facile ſine exemplis intelligitur.

Per *panem* quicumque cibus ſæpe intelligitur; ut: *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie*, art. 122. *Cum intraret Jeſus in domum cujuſdam Principis Phariſæorum Sabbato manducare panem*, art 286.

Anima pro vita temporali ſæpe ſumitur; ut: *Nolite ſolliciti eſſe animæ veſtræ, quid manducetis; neque corpori veſtro, quid induamini. Nonne anima plus eſt quam eſca, & corpus pluſquam veſtimentum?* art. 296. Aliquando in eadem ſententia ſumitur & pro corporali & pro ſpirituali; ut: *Qui amat animam ſuam, perdet eam: & qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam*, art. 333. *Qui voluerit animam ſuam ſalvam facere, perdet eam: qui autem perdiderit animam ſuam propter me & Evangelium, ſalvam faciet eam*, art. 217.

Mundus aliquando rerum univerſitatem ſignificat; ut: *Poſſidete paratum vobis Regnum à conſtitutione mundi*, art. 384. aliquando terrarum orbem; ut: *Ager eſt mundus*, art. 165. aliquando omnes homines; ut: *Non veni ut judicem mundum, ſed ut ſalvificem mundum*, art 335. aliquando ſolos homines qui ſecundum concupiſcentiam mundi vivunt; ut: *Si de mundo fuiſſetis, mundus quod ſuum erat diligeret: quia vero de mundo non eſtis, ſed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus*, art. 405. De hocce mundo loquitur Chriſtus, cum dicit: *Venit Princeps mundi hujus*, art. 402. *Princeps hujus mundi jam judicatus eſt*, art. 407.

Per *Regnum Dei* & *Regnum Cœlorum* aliquando Cœlum intelligitur; ut: *Multi ab Oriente & Occidente venient, & recumbent cum Abraham & Iſaac & Jacob in Re-*

gno Cœlorum, art. 134. *Beatus qui manducabit panem in Regno Dei*, art. 289. Aliquando Eccleſia militans indicatur ; ut : *Auferetur à vobis Regnum Dei*, *& dabitur genti facienti fructus ejus*, art. 345. Aliquando verbum Dei ſeu doctrina Evangelica denotatur ; ut : *Simile eſt Regnum Cœlorum grano ſinapis*, art. 157. Aliquando Dei regnum ſeu dominium glorioſum ac triumphans in omnibus electis ſignificatur ; ut : *Adveniat regnum tuum*, art. 122. Aliquando Regia majeſtas & gloria declaratur ; ut : *Sunt quidam de hîc ſtantibus qui non guſtabunt mortem*, *donec videant regnum Dei veniens in virtute*, *& Filium hominis venientem in regno ſuo*, art. 217.

Per *fratres* & *ſorores* Chriſti intelliguntur ejus cognati & cognatæ. Non enim ii tantum qui erant in primo conſanguinitatis gradu ab Hebræis dicebantur fratres, ſed etiam qui erant in ſecundo aut in aliquo alio proximo.

Dæmones à ſuis effectibus epitheta ſortiuntur : verbi gratia, dicuntur immundi eo quod rebus immundis delectentur, ad eaſque potiſſimum homines incitent : & in articulo 142 dæmon reddens hominem mutum dicitur mutus.

QUID SIT PARABOLA, CUR parabolicis ſermonibus uteretur Chriſtus, & quanta prudentia parabolæ ſint applicandæ.

Parabolæ in Evangelio ſunt hiſtoriæ fictæ vel comparationes à rebus naturalibus ſumptæ, ad exponendum aliquod Religionis myſterium aut grave aliquod morale principium.

Modus autem iſte docendi, licet plerumque ſit obſcurus, admodum tamen utilis eſt : quia res per exempla ſenſibilia jucundius irrepunt in mentes hominum, movent efficacius, hærent tenacius ; & obſcuritas auditores reddit attentos, veritatiſque detegendæ cupidos. Unde Chriſtus ideo turbis loquebatur per parabolas, quod nuda & clara verba contemnerent ; audientes ea auribus, non mente.

In parabolis alia ponuntur tamquam neceſſaria & propria earum membra, in quibus ipſarum ſenſus conſiſtit ; alia tamquam ornamenta & ſupplementa adhibentur, ut narratio ſit probabilis & moribus humanis conſentanea. Ut autem cujuſque parabolæ partes neceſſariæ ac propriæ diſcernantur ab acceſſoriis quæ tantùm ad narrationis or-

natum & complementum adhibentur, diligenter intuendum eſt quem ob finem proponatur parabola, & ſingulæ ejus partes ad eum finem examinandæ ſunt: quæ juxta eum aliquid ſingulare ſignificant, cenſeri debent neceſſariæ; quæ nihil ſingulare ſignificant, neceſſariæ non ſunt, ſed eo tantum adduntur, quod in re, in qua parabola conſiſtit, aut fieri ſoleant, aut eas fieri poſſe veriſimile ſit.

In explorandis parabolarum partibus adhibendum eſt judicium, neque pertinaciter ad rem de qua agitur accommodandæ ſunt. Qui enim ſingulas partes acceſſorias ſeu circumſtantias adjectitias ſubtiliter trahere vellet ad aliquid ſingulare ſignificandum, in periculum incurreret multa aut falſa, aut ridicula, aut certe violenta & aliena commiſcendi. Uno verbo, non nimis preſſe tractandæ ſunt parabolæ, ne frangantur. Nam *qui vehementer emungit, elicit ſanguinem*, Prov. 30. 33. Frenandum eſt humanum ingenium, ne ſua ſubtilitate intemperanter & in rebus ſupervacaneis abutatur.

QUOT MODIS IMPLERI DICANTUR prophetiæ, aliave Scripturæ verba; & quomodo ab Evangeliſtis citentur.

Tribus modis impleri Scriptura dicitur: Primo, cum idipſum fit de quo proprie & literaliter intelligebatur; ut cum Matthæus in Maria impletam eſſe dicit hanc Iſaiæ prophetiam, *Ecce virgo in utero habebit, & pariet Filium: Et vocabunt nomen ejus Emmanuel*, art. 14. Secundo, cum fit, non id de quo proprie intelligebatur Scriptura, ſed id quod per illud ſignificabatur; ut cum Joannes in Chriſto impletum eſſe dicit illud Exodi; *Os non comminuetis ex eo*, art. 473. quod certum eſt intelligi literaliter de agno paſchali, qui Chriſti figura erat. Tertio, cum nec id fit de quo proprie intelligitur Scriptura, nec id quod per illud ſignificatur; ſed id quod illi adeo ſimile eſt, ut Scriptura non minus apte de eo loqui videatur quam de quo revera loquitur; ut cum Matthæus per Chriſti reverſionem ex Ægypto impletum eſſe dicit illud Oſeæ, *Ex Ægypto vocavi filium meum*, art. 28. quod certum eſt intelligi literaliter de populo Iſraelitico, quem Deus filium ſuum vocare ſolet, quemque eduxit ex Ægypto; nec intelligi de Chriſto, niſi ob ſimilitudinem.

In citandis Scripturarum teſtimoniis non tam verba quam ſenſum nonnumquam exprimunt Evangeliſtæ; quod exemplis oſtendere non opus eſt.

De divisione diei naturalis.

Apud Hebræos dies naturalis computabatur ab ortu ſolis ad ortum ſequentem, dividebaturque in duas partes, in diem ſcilicet artificialem (qui ab ortu ſolis ad occaſum computabatur) & noctem. Nam ſecundum peritiores hæc verba Geneſis 1. 5. *Factum eſt veſpere & mane dies unus*, ſic intelligenda ſunt, *Ex temporis ſpatio veſpere terminato & ex ſequenti ſpatio uſque ad mane factus eſt dies unus naturalis*: non vero ſic intelligi debent, *Ex temporis ſpatio quod incepit à veſpera & ex ſequenti ſpatio quod incepit mane factus eſt dies unus.*

Dies artificialis in duodecim horas omni tempore dividebatur, & nox pariter in horas duodecim: ita ut horæ dierum hibernorum & noctium æſtivarum breviores eſſent horis dierum æſtivorum & noctium hibernarum.

Rurſum nox dividebatur in quatuor vigilias, quarum unaquæque tres horas complectebatur. Horarum autem diei notabiliores erant tertia, ſexta, & nona; ut dicitur in annot. art. 458.

Dies feſti celebrabantur à veſpera uſque ad veſperam ſequentem, juxta præceptum illud Levitici 23. 32. *A veſpera uſque ad veſperam celebrabitis Sabbata veſtra.* Hoc confirmat quod dictum eſt ſupra de termino à quo incipiebat dies naturalis. Si enim computatus fuiſſet ab occaſu ſolis ad occaſum ſequentem, ut volunt nonnulli, non neceſſe fuiſſet dicere: *A veſpera uſque ad veſperam celebrabitis Sabbata veſtra.*

ANNOTATIONES PECULIARES JUXTA ORDINEM CONCORDIÆ.

§. 1.

Ordinare, Græce ἀνατάξασθαι, hîc idem eſt ac *res diſtincte narrare: & ex ordine*, Græce καθεξῆς, idem eſt ac *ſigillatim* ſeu *diſtincte*. Vide obſerv. in verſ. 3. c. 1. Lucæ.

§. 2.

qui, non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt. Non intendit Evangeliſta carnalem excludere nativitatem, cum neceſſe ſit ut homines naſcantur ſecundum naturam antequam naſcantur ſecundum gratiam; ſed intendit tantum ſpiritualem illam extollere nativitatem, qua per fidem ex Deo naſcuntur homines.

§. 3.

Deum nemo vidit umquam. Quicumque Deum vidiſſe dicuntur in Scripturis, imagines quaſdam illum repræſentantes viderunt, non vero illius eſſentiam. Unde etiam D. Paulus ait: *Deum nullus hominum vidit, ſed nec videre poteſt.* Tim. 6. 16.

§. 6.

1. *Non erat illis filius, eo quod eſſet Elizabeth ſterilis, & ambo proceſſiſſent in diebus ſuis.* Senectus eorum non erat cauſa cur prolem non ſuſcepiſſent, ſed cur ſuſcipiendæ ſpem non haberent. Itaque *proceſſiſſent* ponitur pro *proceſſerant*.

2. *Omnis multitudo populi erat orans foris* in atrio quod erat ante atrium Sacerdotum.

3. *Exaudita eſt deprecatio tua*, quam fudiſti ut ad ſalutem populi Meſſiam expectatum mittere Deus dignetur. Jamjam enim eum miſſurus eſt, *& uxor tua Elizabeth pariet tibi filium*, qui ejuſdem Meſſiæ præcurſor erit.

§. 8.

1. *ad virginem deſponſatam viro....* id eſt, nuptam, licet intactam,

2. *Dabit illi Dominus Deus ſedem David patris ejus, & regnabit in domo Jacob in æternum.* Non de temporali, ſed de ſpirituali regno loquitur Angelus. Regnum Davidis temporale ſuper populum Iſraeliticum ſeu Judaicum qui erat populus Dei, figurabat ſpirituale Chriſti regnum ſuper omnes ex omnibus gentibus homines qui in eum credituri erant ejuſque Eccleſiam formaturi.

3. *quoniam virum* meum *non cognoſco*; id eſt, ſtatui numquam cognoſcere. Aliquando enim firmum propoſitum agendi aut non agendi declaratur ſimpliciter & abſolute,ut patet ex his verbis, *Apud te facio Paſcha*,art. 387. quorum ſenſus eſt, Apud te Paſcha facere decrevi.

4. *Spiritus ſanctus ſuperveniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrābit tibi; ideoque & quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur Filius Dei.* Id eſt, non tibi propterea mutandum erit virginitatis propoſitum, ut concipere poſſis; nam Spiritus ſanctus ad hoc opus interveniet, & virtus Dei altiſſimi adjuvabit te, ut concipias ſine virili conſortio: ſicque fructus purus & ſanctus qui ex te naſcetur, non alium patrem habebit quam Deum.

§. 13.

Viſitavit & fecit redemptionem plebis ſuæ per Filium ſuum jam in ſinu matris conceptum, & mox naſciturum.

§. 14.

1. *Antequam convenirent inventa eſt in utero habens.* Nihil aliud ſignificare voluit Evangeliſta quam gravidam fuiſſe Mariam ante concubitum, qui more naturali præcedere ſolet; ut ſic indicaret novitatem myſterii, intactum interim relinquens quid poſtea conſecutum fuerit, cum ſui propoſiti non eſſet loqui de Mariæ virginitate. Itaque ex iſto loquendi modo non ſequitur ut Maria & Joſeph poſtea convenerint: ſic enim loqui ſolemus, etiam de iis quæ poſtea non fiunt; ut: *Mortuus eſt antequam acciperet medicamentum.*

2. *Noli timere accipere* (id eſt, retinere) *Mariam conjugem tuam.*

3. *Non cognoſcebat eam donec peperit filium ſuum primogenitum.* Id eſt, non cognoverat eam, cum peperit filium ſuum primogenitum. Ex quo non colligendum eſt Joſephum conjugem ſuam cognoviſſe poſtquam peperit; ſicut nec ex his verbis, *Sede à dextris meis donec ponam ini-*

micos tuos ſcabellum pedum tuorum, concludendum eſt Filium Dei poſt ſubjectionem inimicorum ſuorum non amplius ad dexteram Patris ſeſſurum.

4. *Peperit filium ſuum primogenitum.* Non alia ratione Jeſus dicitur primogenitus, quam quia nullus alius ante eum natus fuerat, Deoque ſiſtendus erat, & pretio redimendus juxta legem de primogenitis, Ex. 13. 2, 12,13. Ut autem aliquis diceretur primogenitus & Domino ſiſtendus eſſet, ſatis erat ſi ante eum nullus alius natus fuiſſet, neque referebat utrum alii poſt eum naſcerentur, nec ne. Sed & hodie dicimus mulierem ex primo partu occubuiſſe, ubi certum eſt non alium partum ſequi.

§. 15.

Reclinavit eum in præſepio; *quia* tunc *non erat eis locus in diverſorio*, propter multitudinem eorum qui Bethleem venerant ut deſcriberentur: ſed poſtea commodiorem locum invenerunt; ita ut non eſſet infantulus in præſepio, ſed in domo, quando fuit à Magis adoratus, art. 21.

§. 21.

Ecce Magi ab Oriente venerunt Jeroſolymam, dicentes: Ubi eſt qui natus eſt Rex Judæorum? vidimus enim ſtellam ejus in Oriente, & venimus adorare eum. Omnino probabile eſt hos Magos veniſſe ex Balaami patria celeberrimo illius excitatos oraculo de ſtella ex Jacob oritura. Balaamus autem erat *de Aram*, *de montibus Orientis*, Num. 23. 7. id eſt, *de Meſopotamia Syriæ*, Deut. 23. 4. quæ regio erat ab oriente reſpectu Judææ. Ut natus eſt Chriſtus, apparuit ſtella: ut apparuit ſtella, aut certe non multo poſt, viam carpſerunt Magi, eamque non multis diebus confecerunt, ſiquidem a Judæa non ita multum diſtabat Meſopotamia, ut patet ex eo quod Balac bis nuntios miſerit ad ariolum Balaam ut eum adducerent prope Jordanem ad maledicendum Iſraelitico populo, ipſeque Balaam aſinæ ſuæ inſidens venerit cum eis. Quapropter Magorum adventum colloco ante Mariæ purificationem. Quod ſi poſt Purificationem Magi venerunt, ut nonnulli conjiciunt, paucis poſt diebus eos veniſſe neceſſe eſt; & omnino repugnat Evangelio eos duobus fere poſt annis veniſſe, quemadmodum nonnulli perperam conjiciunt ex his verbis, *Occidit omnes pueros... à bimatu & infra, ſecundum tempus quod exquiſierat à Magis.* Vide 1. annot. art. 26.

§. 23.

1. *Benedixit illis Simeon*, id eſt, beatos illos dixit, quod Salvatoris parentes eſſent.

2. *Ecce poſitus eſt hic in ruinam & in reſurrectionem multorum in Iſrael.* Id eſt, cauſa erit ruinæ ſpiritualis multorum & reſurrectionis ſpiritualis multorum. Cauſa fuit ruinæ multorum ex Judæis non per ſe, ſed ex prava eorum diſpoſitione.

§. 26.

1. *Tunc* novis rumoribus de Meſſia nato, & iis forſitan quæ Jeroſolymis contigerant quando puer in Templo præſentatus fuerat, *Herodes videns quoniam illuſus eſſet à Magis* (nam antea ſe ab eis illuſum non credebat; ſed potius ipſos ſpe fruſtratos, præ pudore non auſos fuiſſe Jeroſolymis tranſire) *iratus eſt valde*; *&* cum Chriſtum reperire non poſſet, ut ſolus occideretur, *mittens* ſatellites, per eos *occidit omnes pueros*, maſculos ſcilicet, *qui erant in Bethleem & in omnibus finibus ejus.* Cumque certus non eſſet quo tempore natus eſſet Chriſtus (ſtella enim indicium erat Meſſiæ jam nati, ut etiam Magi ſatis declaraverant, non naſcituri) non tantum illos occidit qui nati erant immediate ante primum diem apparitionis ſtellæ, quem diligenter à Magis didicerat; ſed majoris cautionis & ſecuritatis causâ tempus extendit uſque ad biennium. Qui ergo majoris ætatis erant quam duorum annorum non occidebantur, nec ii qui nati erant ab apparitione ſtellæ; ſed ii tantum qui à duobus annis uſque ad initium apparitionis ſtellæ nati erant, quod Evangeliſta ſic exprimit, *à bimatu & infra, ſecundum tempus quod exquiſierat à Magis* Herodes.

2. *Rachel plorans filios ſuos.* Eleganti figura Prophetiſque ac Poetis familiari plorans inducitur Rachel, quæ prope Bethleem ſepulta erat.

§. 29.

Timuit illo ire, ſcilicet in civitatem Bethleem, ex qua Angeli monitu fugerat in Ægyptum.

§. 30.

Jeſus proficiebat ſapientia, & ætate, & gratia apud Deum & homines. Non quod progreſſu temporis ſapientior, &

Deo gratior fieret, qui à primo conceptionis ſuæ inſtanti ſapientia & gratia plenus erat; ſed quod per ætatis incrementa majoribus ſapientiæ & gratiæ operibus incumberet.

§. 31.

Factum eſt verbum Domini ſuper Joannem Zachariæ filium in deſerto, & initium Evangelii Jeſu Chriſti Filii Dei.] *Initium Evangelii &c.* non eſt inſcriptio; ſed ſignificat Evangelium Chriſti cœpiſſe a Joãne, ut prædixerat Iſaias.

§. 36.

Hæc Lucæ verba, *Dicebat ergo ad turbas, &c.* non contraria ſunt his Matthæi verbis, *Videns autem multos Phariſæorum & Sadducæorum venientes ad baptiſmum ſuum, dixit eis: &c.* Locutus eſt Joannes ad turbas, id eſt, ad quoſdam de turbis, nempe ad Phariſæos & Sadducæos. Licet autem Phariſæi qui veniebant ad baptiſmum Joãnis multi eſſent, pauciſſimi tamen erant reſpectu ceterorum omnium Phariſæorum qui ab eo baptizari ſpreverunt. Unde in articulo 139 ait Lucas: *Phariſæi autem & Legiſperiti conſilium Dei ſpreverunt in ſemetipſos, non baptizati ab eo.*

§. 37.

1. *Elias es tu? Et dixit: Non ſum. Propheta es tu? Et reſpondit: Non.* Non erat Elias perſonâ, ſed erat officio, art. 138 & 218. Non erat Propheta qualem illum Judæi exiſtimabant, ſed alio ſenſu erat & Propheta & pluſquam Propheta, art. 138, quia quem alii Prophetæ venturum prædixerant, iſte abſentem prænuntiavit, præſentem vidit, populo indicavit, ejus præcurſor & baptizator fuit.

2. *qui ante me factus eſt.* Vide 2. annot. art. 44.

§. 38.

1. *Vidit Spiritum Dei deſcendentem corporali ſpecie ſicut columbam: & venientem ſuper ſe, & manentem in ipſo.* Res ſpirituales ac divinæ non tantum humano more enuntiantur, ſed etiam aliquando naturalibus & viſibilibus ſignis repræſentantur. Hîc ſuper Chriſtum deſcendit Spiritus ſanctus corporali ſpecie ſicut columba mitiſſimum animal, ad ſignificandam Chriſti manſuetudinem.

2. *Vox de Cælis facta eſt* ad declarandum omnibus aſtantibus Jeſum eſſe Filium Dei. Itaque veriſimilius eſt vo-

cem illam fuiſſe directam ad populum his verbis, *Hic eſt Filius meus dilectus, &c.* quam directam fuiſſe ad Jeſum ipſum per hæc verba, *Tu es Filius meus dilectus, &c.* ita ut Matthæus retulerit verborum proprietatem, ſolum vero ſenſum Marcus & Lucas. Vide art. 220.

3. *Erat incipiens quaſi annorum triginta.* Id eſt, triginta circiter annorum erat, quando incepit palam prodire, prædicare, Meſſiam agere.

§. 40.

Non in ſolo pane vivit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei, id eſt, in omni re quam Deus vult dare manducandam. Hoc enim ſenſu dicta ſunt hæc verba a Moyſe, neque alio ſenſu citata ſunt a Chriſto.

§. 41.

Aſſumpſit eum diabolus per aëra *in ſanctam civitatem Jeruſalem.* Jeruſalem dicitur ſancta, non propter civium mores, ſed propter Dei Templum & cultum.

§. 43.

Diabolus receſſit ab illo uſque ad tempus paſſionis ejus, in qua per miniſtros ſuos eum verbis tentavit & factis.

§. 44.

1. *Altera die*, τῇ ἐπαύριον, id eſt, alia quadam die poſt præcedentia. Vox Græca ἐπαύριον (ut notat R. P. Bernardus Lamy in ſua Concordia) non ſemper ſtricte ſolam diem immediate ſequentem, ſed & dies proxime ſequentes ſæpe ſignificat: ita ut *altera die* idem ſit ac *alia die*, ſeu *impoſterum.* Varia loca videre licet in quibus *cras* ſignificat *impoſterum*, non vero primam diem ſequentem: verbi gratia, Exod. c. 13. v. 14. Deut. c. 6. v. 20. Joſ. c. 4. v. 6 & 21. c. 22. v. 24 & 27.

2. *Ante me factus eſt; quia prior me erat.* Quod ait *ante me* (inquit Beda) non ad ordinem temporis, ſed ad diſtantiam pertinet dignitatis. Itaque, *ante me factus eſt*, id eſt, honore & dignitate mihi antepoſitus eſt, ut Auguſtinus, Chryſoſtomus, Theophilactus exponunt; *quia prior me erat*, id eſt, præſtantior.

3. *Ego neſciebam eum.* Joannes antequam mitteretur ad baptizandum ſciebat Meſſiam eſſe inter homines; ſed

non viderat eum, nec ſciebat determinate quiſnam ex hominibus eſſet ille Meſſias Cum autem vidit Jeſum venientem ad baptiſmum ſuum, eum eſſe Meſſiam agnovit interiori revelatione, quæ poſtea Spiritus ſancti deſcenſu confirmata fuit. Declarat vero non aliam de illo habere notitiam, quam quæ divinitus ſibi obtigerat: ne cognationi, familiaritati, gratiæ vel affectui dare aliquid videatur.

§. 45.

1. *Altera die iterum.* Vide 1. annot. art. ſuperioris.

2. *Apud eum manſerunt die illo.* Videntur poſtea rediiſſe ad ſua, neque aſſumpti fuiſſe in familiam & continuum comitatum Chriſti niſi poſt ſecundam vocationem, quæ habetur in articulo 68; ſed ita tamen ut jam tum ſe diſcipulos Chriſti profiterentur, ac ſæpe eum inviſerent; adeoque & nuptiis in Cana intereſſe, & alia quæ Chriſtus interea patravit miracula videre potuerint.

§. 47.

Invenit Philippus Nathanael. Nathanael idem eſt qui dicitur ab aliis Evangeliſtis Bartholomæus, ut optime probat Eſtius in Joan. c. 21. v. 2.

§. 49.

Invenit in Templo (in extremo ſcilicet atrio, quod vocabatur atrium profanum & atrium Gentium) *vendentes boves, & oves, & columbas*, omnis ſcilicet generis hoſtias ad ſacrificia neceſſarias, quas peregrini non poterant ſecum adducere.

§. 50.

Solvite templum hoc. Hæc verba non ſunt imperantis, ſed prædicentis ſimul & permittentis.

§. 53.

1. *Nemo aſcendit in Cœlum, niſi qui deſcendit de Cœlo, Filius hominis qui eſt in Cœlo.* Aſcenſus in Cœlum hîc non ſignificat motum localem, ſed id quod ex motu illo ſequitur, videlicet contemplationem rerum cæleſtium & viſionem Dei. Item deſcenſus de Cœlo non hîc ſignificat motum localem, ſed novum modum exiſtendi ſuper terram, ſcilicet per aſſumptam naturam humanam. Itaque

que, *nemo aſcendit in Cœlum*, id eſt, nemo cæleſtia ſcrutatus eſt, nemo penetravit in intima & ſecreta Dei, *niſi qui* ex Deo habet originem, & *deſcendit de Cœlo* humiliando & exinaniendo ſeipſum, terrenam hominum naturam aſſumendo, nimirùm *Filius hominis, qui* ſemper *eſt in Cœlo*, in ſinu Patris ſui per eſſentiam ſuam quatenus Deus. Dici etiam poteſt Chriſtus quatenus homo aſcendiſſe in Cœlum jam inde à primo conceptionis ſuæ inſtanti, eo ipſo quod evectus eſt ad viſionem Dei & rerum cæleſtium.

2. *Non enim miſit Deus Filium ſuum in mundum, ut judicet mundum.* Ut verba iſta concilientur cnm his verbis articuli 95, *Omne judicium dedit Filio*, ad duorum Chriſti adventuum diſtinctionem recurrere non neceſſe eſt; conciliatio patet. Non miſit Deus Filium ſuum ad hoc ut condemnet mundum; attamen cum multi ob ſua peccata condemnatione digni futuri ſint, dedit ei poteſtatem eos condemnandi. Vide annot. art. 335.

§. 54.

Venit Jeſus & diſcipuli ejus in terram Judæam, id eſt, ex Jeroſolymis in agrum tribus Judæ.

§. 56.

propter Herodiadem uxorem Philippi fratris ſui adhuc viventis. Non hîc agitur de Philippo tetrarcha Ituræ & Trachonitidis, ſed de alio quem Joſephus Herodem vocat. Itaque neceſſe eſt Principem illum vocatum fuiſſe & Herodem nomine ſibi cum tota ſua familia communi, & Philippum nomine ſibi proprio.

§. 57.

Ut ergo cognovit Jeſus quod Joannes traditus eſſet ab Herode in carcerem propter cauſam ſuperius allatam, & (ut refert Joſeph) propter metum novationis rerum, quem Herodi Phariſæos ſuggeſſiſſe veriſimile eſt, ſiquidem in articulo 218 ipſe Jeſus dicit eos feciſſe in Joannem quæcumque voluerunt: ut etiam cognovit *quia audierunt Phariſæi quod* ipſe *Jeſus plures diſcipulos facit, & baptizat, quam Joannes*, id eſt, quod plures diſcipulos faceret quam Joannes fecerat, & plures perſonas baptizaret quam Joannes baptizaverat, *reliquit Judæam* cedens

eorum odio & invidiæ, *& abiit iterum in Galilæam.* Ut enim fortis animi eſt metu non terreri, ita prudentis eſt non temere ſeſe periculis exponere.

§. 60.

1. *Venit hora, quando neque in monte hoc* tantum, *neque* tantum *in Jeroſolymis adorabitis Patrem.*

2. *Salus ex Judæis eſt.* Id eſt, vera Dei cognitio & colendi ratio (quæ viæ ſunt ad ſalutem) à Judæis petendæ ſunt; quia Judæis manifeſtatæ ſunt à Deo per Angelos & Prophetas.

§. 61.

Mirabantur quia cum hac *muliere loquebatur;* non quia mulier erat, ſed quia mulier erat Samaritana. Execrabantur enim Judæi Samaritanos, tamquam gentes alienigenas quæ partem terræ Iſrael occupabant, quæque legem Moyſi Gentilium ſuperſtitionibus corruperant.

§. 62.

1. *Levate oculos veſtros, & videte regiones, quia albæ ſunt jam ad meſſem.* Videte Samaritanos ad me properantes, & ad excipiendum Evangelium paratos.

2. *Ego miſi vos metere.* Jam miſerat eos in meſſem, ut videre eſt ex articulo 54 collato cum articulo 57.

§. 64.

Poſt duos autem dies exiit inde; ne forte, ſi diutius cum Samaritanis illis, qui in eum tam cito crediderant, commoratus & familiariter converſatus fuiſſet, eorum fides defeciſſet; *ipſe enim Jeſus teſtimonium perhibuit* poſtea *quia Propheta in ſua patria honorem non habet*, & conſequenter in alio quocumque loco ubi familiariter cognoſcitur. Solent enim plerique hominum quod tritum eſt & quotidianum, licet magnum, parvi pendere.

§. 66.

1. *Relicta civitate Nazareth*, id eſt, nolens amplius habitare in civitate Nazareth, ubi totam fere vitam ſuam traduxerat, *venit, & habitavit in Capharnaum* valde admodum opportuna diſſeminationi Evangelii, cum eſſet emporium celeberrimum & hominibus affluentiſſimum.

2. *Terra Zabulon, & terra Nephtalim, via maris trans*

Jordanem reſpectu tribuum quæ ſuam terræ portionem obtinuerant antequam fluvius ille trajiceretur, Num. 32.

§. 74.

1. *Ait autem ad alterum*, qui exinde fuit *de diſcipulis ejus, &c.*

2. *Sine ut mortui ſepeliant mortuos ſuos.* Id eſt, mortuorum ſepeliendorum curam relinque iis qui rebus hujus ſeculi tenentur, & mortui ſunt quantum ad animam: mortuorum enim ſepultura nullam in ſepelientibus perfectionem exigit.

§. 76.

1. *Occurrerunt ei duo habentes dæmonia.* Quoniam alter altero vel ſævior fuerat, vel ejus curatio magis nota erat, unum tantum memorant Marcus & Lucas.

2. L. *Quid mihi & tibi eſt, Jeſu Fili Dei altiſſimi?* M. *veniſti huc ante tempus torquere nos?* m. *Adjuro te per Deum, ne me torqueas.* Matthæi verba, licet plurali numero expreſſa, recte inſeri poſſunt inter Marci & Lucæ verba, quæ numero ſingulari exprimuntur; ſiquidem in articulo 69 Marcus & Lucas de unico dæmonio loquentes, ipſius verba ſic referunt: *Exclamavit voce magna, dicens: Sine, quid nobis & tibi, Jeſu Nazarene? veniſti perdere nos? Scio te quis ſis, Sanctus Dei.* Loquebatur enim dæmonium, modo pro ſe ſolo, modo pro ſe & omnibus aliis dæmoniis.

§. 79.

Non admiſit eum, ſed ait illi: Vade in domum tuam ad tuos, & annuntia illis quanta tibi Dominus fecerit & miſertus ſit tui. Hominem illum in diſcipulorum ſuorum numero Chriſtus admittere noluit; quia ad Dei gloriam magis conveniebat ut homo ille in patria ſua maneret, civeſque ſuos ad Chriſti & Evangelii amorem tanto in ſe patrato miraculo excitaret.

§. 82.

Quid eſt facilius dicere paralytico, Dimittuntur tibi peccata; an dicere, Surge, tolle grabatum tuum, & ambula? Ut autem ſciatis quia &c. Ex natura ſua remiſſio peccatorum longe difficilior eſt; quia altioris eſt ordinis quam omnia naturalia, cum ſpectet ad ordinem gratiæ. Chri-

ſtus tamen illam hîc proponit ut faciliorem; ſed noſtro judicio fallaci: res enim phyſicas ſeu corporeas, ut melius capimus, ita & pluris facimus quam ſpirituales aut morales. Adde quod dicendo *Remittuntur tibi peccata*, facilius poſſis imponere auditoribus: nam cum peccatorum remiſſio ſit res inviſibilis, non poſſunt te ex re ipſa ſtatim arguere mendacii, temeritatis, vel præſumptionis, etiamſi non fieret quod dicis. At dicendo *Surge & ambula*, nemini potes imponere: nam oportet ut id ſtatim oculis pateat claro rei aſſertæ ſpectaculo; alioquin mendax habendus es & fallax. Unde ex patratione miraculi corporalis, Scribarum & Phariſæorum opinione difficilioris, aptiſſime probat Chriſtus etiam patratam a ſe ſpiritualem interni hominis curationem, quam faciliorem arbitrabantur. Et in genere, quodvis miraculum eſt certum argumentum veritatis rei ad quam probandam patratur: eſt enim clara atteſtatio Dei, qui ſolus id patrare poteſt, & mentiri vel falſum atteſtari non poteſt.

§. 87.

Modo defuncta eſt. Adverbium *modo* hîc deſignat tempus paulo poſt futurum.

§. 88.

Eſto ſana a plaga tua. Per hæc verba non confert ſanitatem (jam enim ſanata erat mulier) ſed confirmat, & non amplius rediturum morbum ſignificat.

§. 89.

Non eſt enim mortua puella eo modo quo putatis, ut in morte maneat ſicut ceteri mortui; *ſed dormit*, expectans ut a me ſuſcitetur.

§. 92.

Erat dies feſtus Judæorum, id eſt, Paſcha, ut plerique volunt. Hujuſce ſententiæ antiquiſſimus autor eſt S. Irenæus l. 2. c. 39. Qui vero tria tantum Paſchata prædicationi Chriſti tribuunt, his verbis alium diem feſtum denotari contendunt.

§. 94

Erat autem Sabbatum in die illo. Dies ille Sabbati concurrebat (ut videtur) cum aliquo ex ſeptem diebus feſtivitatis.

§. 95.

Neque enim Pater judicat quemquam per ſuæ præſentiæ manifeſtationem, *ſed omne judicium* viſibile *dedit Filio... quia* (ut habetur articulo ſequenti) *filius hominis eſt*, id eſt, aſſumpſit naturam humanam, in qua ab hominibus videri poteſt.

§. 97.

1. *Si ego teſtimonium perhibeo de meipſo, teſtimonium meum non eſt verum* juxta humanum cenſendi modum; id eſt, non idoneum, non legitimum, aut fide dignum; quia nemo in propria cauſa teſtis eſt idoneus.

2. *Non ab homine teſtimonium accipio* ut mihi neceſſarium, quaſi illo præcipue nitar, ut me Chriſtum eſſe oſtendam.

3. *Neque vocem ejus umquam audiſtis, &c.* quaſi diceret: Obtinuiſtis & vos quod patres veſtri olim timore perculſi depoſcebant: Numquam terribilem Domini Dei veſtri vocem audiſtis, neque terribilia ejus præſentiæ ſigna vidiſtis, ut olim Exod. 20. 18. nec tamen mandatum, quod tunc (Deut. 18. 16.) impoſuit vobis in patribus veſtris de audiendo Propheta quem de gente veſtra ſuſcitaturus erat vobis, ſervare vultis; quia mihi, qui ſum Propheta ille, non creditis.

§. 99.

1. *in Sabbato ſecundo-primo) Primum* ſæpe ſignificat *magnum* ſeu *maximum*, ut in art. 351. A ſecundo die Azymorum ſeu a primo poſt diem ſolemnem Paſchæ numerabantur ſeptem hebdomadæ plenæ & conſequenter ſeptem Sabbata uſque ad feſtum Pentecoſtes, Lev. 23. 15. Omnino autem veriſimile eſt hæc Sabbata vocata fuiſſe prima ſeu maxima, & ſic diſtincta fuiſſe, primo-primum, ſecundo-primum, tertio-primum, quarto-primũ, quinto-primum, ſexto-primum, ſeptimo-primum ſeu ultimo-primum.

2. *ſub Abiathar Principe Sacerdotum.* Princeps ille Sacerdotum erat filius Achitob, 1. Reg. 22. 9, 11, 12, 20. Vocabatur Achimelech & Abiathar, & habebat filium qui vocabatur etiam Achimelech & Abiathar. Confer hæc loca 1. Reg. c. 22. v. 20: c. 23. v. 6: c. 30. v. 7. cum his locis 2. Reg. c. 8. v. 17: & 1. Par. c. 18. v. 16.: c. 24. v. 6.

§. 102.

Ecce puer (id eſt, ſervus) *meus quem elegi*. Chriſtus dicitur Dei ſervus per excellentiam; quia *ſemetipſum exinanivit formam ſervi accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo*. Philip. 2. 7.

§. 103.

Hæc Matthæi verba, *Curavit eos omnes, & præcepit eis ne manifeſtum eum facerent*, ſic intelligenda ſunt: Curavit eos omnes, & præcepit quibuſdam ex ipſis (nempe demoniacis, de quibus loquitur Lucas, ſeu, quod idem eſt, ipſis dæmonibus, ut ait Marcus) ne manifeſtum eum facerent. Itaque cum Matthæus dicit, *Præcepit eis ne manifeſtum eum facerent*; & Marcus, *Vehementer comminabatur eis ne manifeſtarent illum*; de iiſdem loquuntur.

§. 107.

Beati pauperes ſpiritu, id eſt, qui affectu ſpirituali pauperes ſunt propter Deum.

§. 111.

Qui ergo ſolverit unum de mandatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines, minimus vocabitur in Regno Cælorum. Id eſt, qui ſolverit vel unum de mandatis minimis iſtius legis, & ſic vivendo (id eſt, ſolvendo vel unum de mandatis minimis) ea docuerit homines; licet bene docuerit, minimus habebitur in Eccleſia Dei: *qui autem fecerit* omnia mandata ſicut *& docuerit, hic magnus vocabitur in Regno Cælorum*, id eſt, magnus erit in Eccleſia Dei.

§. 112.

1. *Qui autem occiderit, reus erit judicio*, id eſt, dignus erit qui judicetur ſeu condemnetur. *Ego autem dico vobis; quia omnis* non tantum qui occiderit, verum etiam qui voluntatem habet occidendi, vel graviter nocendi; ſive eam corde premat, ut qui tantum iraſcitur; ſive eam perfecte aut imperfecte ſigno exteriori prodat, ut qui dicit aut *raca*, aut *fatue*, aut aliquid ſimile; reus erit mortis æternæ & gehennæ ignis ante tribunal juſtitiæ divinæ. Nota cum Eſtio, ex quo hanc annotationem deſumpſi, non apparere Chriſtum hîc conſtituere gradus & incrementa peccati, ſcilicet iræ, contemptus, & contumeliæ, ut plerique volunt; ſed pluribus verbis rem eamdem ex-

plicare, alludendo ad diverſa Judæorum tribunalia.

2. *quia frater tuus habet aliquid adverſum te*, id eſt, juſtam cauſam conquerendi & expoſtulandi tecum de aliqua injuria ſibi à te facta.

§. 113.

Quod ſi oculus tuus dexter ſcandalizat te, erue eum, & projice abs te. Vide annot. art. 231.

§. 115.

Ego autem dico vobis non jurare omnino quantum in vobis fuerit; quia juramentum *a malo eſt*, id eſt, a vitiis hominum originem habet, qui mendaces experti, vel ſine juramento non credunt, vel jurandi conſuetudine ſe volunt fide dignos reddere; & hæc vitia frequens juramentum fovet, & præterea ad perjurium ducere poteſt. Quod ſi urgeat jurandi neceſſitas, licitum eſt juramentum; modo adſint conditiones requiſitæ, veritas, judicium, & juſtitia, Jer. 4. 2.

§. 116.

1. *Oculum pro oculo, & dentem pro dente.* Hoc præceptum, quod tantum ad judicem dirigitur, Scribæ & Phariſæi ſic intelligebant quaſi liceret vindictam injuriæ petere a judice; cum tamen lex ipſa doceat contrarium, Lev. 19. 18. *Non quæras ultionem, nec memor eris injuriæ civium tuorum.*

2. *Si quis te percuſſerit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram* potius quam acceptam alapam ulciſcaris. Sic fere intelligendum eſt quod ſequitur de pallio & de duobus paſſuum millibus.

§. 118.

Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Inimicos odio habere lex non permittebat, è contra vetabat: quin etiam opera charitatis in eos exercere præcipiebat, Exod. 24. 4, 5. Itaque patet Chriſtum hîc citare non tantum verba legis, ſed & perverſam Scribarum & Phariſæorum interpretationem. Lex habet tantum, *Diliges proximum tuum*; & inde colligebant Scribæ & Phariſæi licitum eſſe inimicos odio habere.

§. 119.

Eſtote perfecti, ſicut & Pater veſter cæleſtis perfectus eſt.

Particula *ſicut* non æqualitatis nota eſt, ſed ſimilitudinis; & quidem non cujuſcumque ſimilitudinis, ſed exemplaris.

§. 120.

Te autem faciente eleemoſynam, neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua; ut ſit eleemoſyna tua in abſcondito. Eleemoſynam tuam à teipſo potius abſconde (ſi id fieri poſſet) quam ab aliis videri quæras: ſi contigerit ut facienda ſit publice, laudem humanam in hoc noli quærere.

§. 121.

1. *Tu autem cum oraveris, intra in cubiculum tuum; & clauſo oſtio, ora Patrem tuum in abſcondito* potius quam ab hominibus videri quæras. Vide annot. præcedentem.

2. *Orantes autem, nolite multum loqui, ſicut Ethnici.* Longas orationes non improbat; cum ipſe ſæpius in oratione pernoctaverit, nobiſque perpetuo orandum eſſe docuerit: ſed inanem & ſupervacuam verboſitatem condemnat.

§. 122.

1. *Panem noſtrum ſuperſubſtantialem quotidianum da nobis hodie.* Textus Græcus habet ἐπιούσιον, quod vulgatus Interpres vertit *ſuperſubſtantialem* apud Matthæum, & *quotidianum* apud Lucam. At cum magna ſit diſcrepantia inter *ſuperſubſtantialem* & *quotidianum*, utrumque pono in textu Concordiæ.

2. *Et ne nos inducas in tentationem.* Id eſt, ne nos tentationi ſuccumbere permittas.

§. 126.

Tu autem cum jejunas, unge caput tuum, & faciem tuam lava, ne videaris hominibus jejunans, potius quam faciem tuam extermines ad oſtendendum te jejunare. Vide annot. art. 120.

§. 133.

Oſtende te Principi Sacerdotum. Per Principem Sacerdotum non ſummus Pontifex intelligendus eſt, ſed quivis è Pontificum numero cui ceteri eam provinciam delegaverant.

§. 134.

1. Hæc Matthæi verba, *Acceſſit ad eum Centurio, rogans eum & dicens: &c.* non contraria ſunt Lucæ verbis.

Centurio enim acceſſit ad Jeſum & rogavit eum, non per ſeipſum, ſed per ſeniores Judæorum & per amicos; ut exponit D. Auguſtinus l. 2. de conſ. Evang. c. 20. Vide ſimile loquendi genus in articulo 314.

2. *Nec in Iſrael tantam fidem inveni.* Id eſt, non inveni tantam fidem in populo Judaico cui prædicavi, quantam in hoc homine Gentili.

3. *Dixit Jeſus Centurioni*, id eſt, nuntiis ejus.

§. 136.

Convocavit duos de diſcipulis ſuis Joannes, & miſit ad Jeſum, dicens illi: Tu es qui venturus es, &c. Non quod dubitaret Joannes an Jeſus eſſet Meſſias; ſed quia volebat ut diſcipuli ſui eumdem Jeſum pro Meſſia propriis auribus & oculis agnoſcerent. Omnino veriſimile eſt Jeſum fuiſſe in civitate ſua Capharnaum, quando venerunt ad eum diſcipuli Joannis: & certe ſatis hoc indicant verba illa quæ poſt eorum diſceſſum dixit, *Et tu Capharnaum, numquid uſque in Cœlum exaltaberis?*

§. 139.

1. *Et omnis populus audiens & Publicani*, id eſt, omnis populus & Publicani qui audierunt Joannem cum prædicaret. Hæc enim Lucæ verba, ut patet ex eodem Evangeliſta, reſpiciunt Joannem de quo Chriſtus tunc loquebatur, non vero hæc Chriſti verba, *Qui habet aures audiendi, audiat.*

2. *Phariſæi autem & Legiſperiti conſilium Dei ſpreverunt in ſemetipſos, non baptizati ab eo.* Vide annot. art. 36.

§. 140.

Et tu Capharnaum, numquid uſque in Cœlum exaltaberis? Hæc verba, *Et tu*, indicant Chriſtum tunc fuiſſe in Capharnaum.

§. 141.

Mulier quæ erat in eadem *civitate*, in qua, & diſcipuli Joannis venerunt ad Jeſum, & Jeſus ſermones ſuperiores habuit. Vide annot. ſuperiorem, & annot. art. 136. Mulier autem illa *peccatrix* (cujus converſio videtur facta fuiſſe occaſione exprobrationum Chriſti in Phariſæos, Legiſperitos, & civitates impœnitentes) non ſine valida ratione à multis creditur eſſe *Maria Magdalene*, quæ poſt

ſuam converſionem Chriſtum cum piis aliis mulieribus comitata eſt. Vide annot. art. 174. & 1. annot. art. 480.

§. 142.

In furorem verſus eſt. Græce ἐξέστη, *extra ſe factus eſt*, quod quidam non de furore, ſed de animi deliquio interpretantur; aiuntque cognatos Chriſti veritos ne tum ex inedia, tum ex circumſtantis aëris tepore quem faciebat nimius turbæ concurſus, animo deficeret, voluiſſe eum ex ea domo, in qua premebatur, aliò adducere. Etenim cur in furorem verſus crederetur & ideo tenendus, nulla cauſa apparet; ſed ex eo quod panem non potuiſſet guſtare; patet cur illi animus defeciſſet; homo enim erat.

§. 145.

Omnia dimittentur (id eſt, dimitti poterunt) *filiis hominum peccata, & blaſphemiæ quibus blaſphemaverint:* quia cum peccant, ex aliqua ſaltem ignorantia peccant; poſſuntque poſtea à Spiritu ſancto illuminari, atque ita ad agnitionem erroris & ad pœnitentiam deduci. *Spiritus autem blaſphemia* ut plurimum *non remittetur* umquam: qui enim Spiritus ſancti opera & inſpirationes contempſerit, qui veritatem ab eo manifeſtatam oppugnaverit, à quonam alio lumine illuminari poterit?

§. 147.

Signum de Cælo quærebant ab eo. Omnia quæ patrabat miracula erant de Cælo, id eſt, ex Deo: ſed blaſphemi Scribæ & Phariſæi ea dicebant eſſe ex inferno, id eſt, ex diabolo.

§. 148.

Erit Filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus, id eſt, tribus diebus civilibus (qui ex die artificiali ſimul & nocte conflantur) ſed non integris. Fuit enim in ſepulcro ultima parte feriæ ſextæ, toto die Sabbati, & prima parte diei ſequentis.

§. 159.

Sine parabola autem non loquebatur eis. Id eſt, ſine parabola raro loquebatur eis de Regni Cælorum myſteriis. Aliquando enim quod fit raro, numquam fieri dicitur; ſicut aliquando parum pro nihilo habetur.

§. 161.

1. *Vobis datum eſt noſſe myſteria Regni Cœlorum ; illis autem ceteris, qui foris ſunt, non eſt datum :* quia credere nolunt, ſeſeque indignos reddunt myſteriorum Regni Cœlorum explicatione.

2. *In parabolis omnia* (id eſt , pleraque) *loquor eis.* Vide annot. art. 404.

§. 173.

Et non fecit ibi virtutes multas , & non poterat ullam facere , niſi &c. Non quin potuiſſet, ſi voluiſſet ; ſed quia in odium pertinaciſſimæ illorum incredulitatis non potuit adduci ut vellet. Non enim conveniens judicabat miracula patrare, quando ab incredulis aut curioſis poſtulabantur.

§. 174.

Maria , quæ vocatur Magdalene , de qua ſeptem dæmonia exierant , Chriſtum à Galilæa in Judæam ſecuta eſt, ut conſtat ex articulis 472 & 475. Poſtquam autem venit in Judæam, habitavit Bethaniæ cum fratre ſuo Lazaro & ſorore ſua Martha. Conſtat enim ex Joanne collato cum aliis Evangeliſtis , Mariam ſororem Lazari & Mariam Magdalenam à dæmoniis liberatam eamdem eſſe mulierem. Confer ſimul articulos 306. 319. 320. 464. 472. 475. 477. 480. 483. Quod autem Maria Magdalena ſoror Lazari & peccatrix memorata in articulo 140 eadem ſit mulier valde indicat idem ardor, eadem agendi ratio. Confer unctionem memoratam in art. 141. cum unctione memorata in art. 319. & cum hiſtoria reſurrectionis Chriſti. Vide etiam annot. art. 141. & 1. annot. art. 480.

§. 179.

ſed calceatos ſandaliis , & virgam tantum præ manibus veſtris, ſi adſint, vel etiam *neque calceamenta neque virgam* quærite, ſi non habetis.

§. 180.

Qui autem perſeveraverit uſque in finem , hic ſalvus erit. Ad perſecutiones propter Evangelium conſtanter tolerandas exhortatur Chriſtus ; & in articulo 256 improbat mercenarium, qui videns lupum ad oves venientem fugit :

tamen hîc fugam præcipit aut certe ſuadet his verbis: *Cum perſequentur vos in civitate iſta, fugite in aliam.* Unde ſequitur fugam pro diverſitate temporum, perſonarum, obligationum, nunc illicitam, nunc licitam, nunc conſultam, nunc præceptam eſſe. Præceptum eſt fugere, quando vel Eccleſiæ, vel Evangelii neceſſitas, vel lapsûs proprii periculum ita exigit: Conſultum eſt, etſi non præceptum, quando ex fuga major perfectio ſperatur, ſeu propria, ſeu aliena: Permiſſum eſt tantum, cum quis valde metuit pœnas, nec tenetur manere: Sed prohibitum eſt fugere, cum fidei, juſtitiæ, vel ovibus periculum aut ſcandalum inde crearetur.

§. 181.

1. *Quod in aure auditis, prædicate ſuper tecta.* Tecta domorum erant plana, ſcaliſque extra domos ipſas conſtructis in illa aſcendebatur ambulandi & confabulandi gratiâ. Quæ autem illic dicebantur, minime ſecreta erant; quia cum loci editi eſſent ac patuli, ea facile à vicinis & prætereuntibus audiebantur. Hortatur itaque diſcipulos ſuos Dominus ut libere, confidenter, fortiter, & clara voce Evangelium prædicent; ſicut Iſaiæ dictum eſt: *Super montem excelſum aſcende tu, qui evangelizas Sion: exalta in fortitudine vocem tuam, qui evangelizas Jeruſalem: exalta, noli timere. Dic civitatibus Judæ: Ecce Deus veſter.* Iſ. 40. 9.

2. *Ne terreamini ab his qui occidunt corpus, & poſt hæc non habent amplius quid faciant.* Non vetat timorem naturalem mortis vel tormentorum; ſed puſillanimitatem, qua metu illorum vel a fidei confeſſione deflectant, vel juſtitia excidant, vel ſaltem munus ſibi injunctum deſerant.

§. 182.

Ignem veni mittere in terram; & quid volo, niſi ut accendatur? Quaſi diceret: Veni ad ſpargendam doctrinam propter quam acerbæ in vos orientur perſecutiones; & quid volo, niſi ut patienter eas ſuſtineatis? Ego ipſe *baptiſmo* paſſionis *habeo baptizari*, mergendus ſum illis tribulationum aquis; *& quomodo coarctor* mœrore ad recordationem acerbi illius baptiſmi *uſquedum perficiatur?* Hoc tamen ſupplicium libenter patiar. Itaque exemplo meo diſcite adverſa tolerare, & *nolite arbitrari quia* per

doctrinam meam *pacem venerim mittere in terram* inter homines. *Non veni pacem mittere* niſi inter paucos, *ſed gladium & ſeparationem*; quia tanta eſt plerorumque nequitia & pertinacia, ut verbis meis non credituri ſint, & eos qui crediderint, varie ſint vexaturi.

§. 185.

Cum dies opportunus accidiſſet, opportunus Herodiadi, quæ (art. 56.) inſidiabatur Joanni, quærens eum occidere. Quoniam in articulo ſuperiori memoratur decollatio Joannis, hîc eam ſubjicio per recapitulationem, eo quod non alius appareat locus in quo poſſit collocari.

§. 186.

Quod cum audiſſet Jeſus... Relativum *quod* referri non debet ad mortem Joannis nuntiatam, jam diu enim contigerat; ſed ad ſermones qui de Chriſto in aula Herodis habebantur. Cum enim Matthæus illorum occaſione ſubjeciſſet incarcerationem & mortem Joannis, redit unde abierat. Itaque cum audiſſet Jeſus in quanam exiſtimatione eſſet apud Herodem, ſeceſſit in deſertum; non ob hanc ſolùm cauſam, ſed etiam ut Apoſtolis ab Evangelii munere redeuntibus & fatigatis requieſcendi ſpatium daret, ſicut narrant Marcus & Lucas.

§. 197.

Nemo poteſt venire ad me per fidem, *niſi Pater qui miſit me traxerit eum* efficaciter per internam gratiam ſuam, qua & intellectum illuminet, & voluntatem alliciat & ſuaviter trahat, non neceſſitando, ſed invitando. Deus quantum ex ſe eſt ſeu in actu primo omnes trahit, & per eum numquam ſtat quominus omnes ad Chriſtum veniant: Quod autem non omnes in actu ſecundo ſeu de facto trahantur, id vel ipſorum culpæ & perverſæ vitæ, vel negligentiæ aut imperfectioni aliorum qui Deo in hac tractione cooperari deberent, imputandum eſt.

§. 199.

1. *Spiritus eſt qui vivificat, caro non prodeſt quidquam.* Id eſt, divinitas mea carni meæ unita vitam illam de qua hactenus locutus ſum tribuit per ipſam carnem meã: caro vero ipſa, ſi ſola ſeu a ſpiritu divinitatis ſeparata eſſet, nihil ad hoc prodeſſe poſſet. Itaque *verba quæ ego*

locutus ſum vobis de manducanda carne mea *ſpiritus & vita ſunt*, de corpore meo in nutritionem ſpiritualem ac vivificantem manducando intelligenda ſunt.

2. *Nemo poteſt venire ad me, niſi fuerit ei datum a Patre meo.* Dicit in articulo 400. *Nemo venit ad Patrem, niſi per me.* Non poſſumus ire ad Patrem, niſi per fidem in Chriſtum & per ejus meritum; ſed non poſſumus credere in Chriſtum, niſi fuerit nobis datum a Patre ejus ut in eum credamus.

§. 206.

1. *Ingreſſus domum, neminem voluit ſcire, & non potuit latere.* Fecit quod facere ſolent homines latere volentes; ſubduxit ſe clanculum a turba, & domum ingreſſus eſt, ac forte prohibuit hoſpiti ne cuiquam eum indicaret: ſed quod fecit non ſatis valuit ut lateret.

2. *Non ſum miſſus niſi ad oves quæ perierunt domus Iſrael.* Ad ſalvandas etiam Gentes miſſus erat, ut ipſe declarat his verbis, *Alias oves habeo, quæ non ſunt ex hoc ovili; & illas oportet me adducere*, art. 257. ſed non miſſus erat primariò niſi ad Judæos.

§. 210.

1. *ut ſignum de Cælo oſtenderet eis.* Vide annot. art. 147.

2. Hæc Lucæ verba, *Dicebat autem & ad turbas*, non contraria ſunt verbis Matthæi dicentis Chriſtum locutum fuiſſe ad Phariſæos & Sadducæos: Phariſæi enim & Sadducæi erant de turbis. Vide ſimilem annot. art. 36.

§. 216.

Vade poſt me ſatana. Satan ſignificat adverſarium, id eſt, qui reſiſtit aut obſtat in re aliqua.

§. 219.

Dicebant exceſſum ejus. Id eſt, loquebantur cum illo de exitu ejus ex hoc mundo.

§. 220.

Nubes lucida obumbravit eos, ſcilicet Jeſum, Moyſen, & Eliam: *& timuerunt* Apoſtoli *intrantibus illis in nubem.*

§. 224.

At illi ignorabant verbum iſtud, & erat velatum ante

eos, ut non ſentirent illud, licet per ſe clarum & intelligibile eſſet. Vide annot. art. 313.

§. 228.

Impoſſibile eſt ut non veniant ſcandala. Tanta eſt dæmonum verſutia; tanta hominum fragilitas, pronitas ad malum, cæcitas ac malitia; ut neceſſe ſit inde ſcandala multa ſequi.

§. 230.

Gaudet ſuper eam magis quam ſuper nonaginta-novem quæ non erraverunt: quia ovis iſtius inventio excitat in eo actuale & præſens gaudium, quod non percipit ex reliquis conſervatis, licet pluris eas faciat.

§. 231.

Si autem ſcandalizaverit te manus tua, abſcinde illam... ſi pes tuus te ſcandalizat, amputa illum... ſi oculus tuus ſcandalizat te, erue eum. Quaſi diceret: Adeo peccatum eſt fugiendum, ut ſi nulla alia via illud vitare poſſes quam abſcindendo tibi membra & eruendo tibi oculos, membra tibi abſcindere & oculos tibi eruere deberes. At peccatum aliter ſemper vitare potes, membra ſcilicet non eruendo vel abſcindendo, ſed ab operibus continendo. *Bonum eſt* (id eſt, melius eſſet) *tibi debilem*, vel *claudum*, vel *cum uno oculo in vitam intrare*, ſi defectus & deformitas in Cœlo haberi poſſet, *quam duas manus*, aut *duos pedes*, aut *duos oculos habentem mitti in gehennam ignis*, ubi nihil tibi profit membrorum integritas, in quibus æternùm ſis cruciandus. His verbis docet Chriſtus melius eſſe homini ſi in hac vita careat auxiliis hominum aut rerum ſibi multum neceſſariarum quæ ei forent occaſiones ruinæ ſpiritualis, ſicque liber à ſcandalis ad vitam æternam perveniat; quam ſi copiam talium auxiliorum habens, per ea ſcandalizetur & pereat.

§. 235.

Ego autem non aſcendo vobiſcum *ad diem feſtum iſtum.*

§. 238.

Et me ſcitis, & unde ſim ſcitis. Dicit eis in art. 244: *Neſcitis unde venio, aut quo vado... neque me ſcitis, ne-*

que Patrem meum. Quatenus hominem eum cognoſcebant de nomine, de facie, de converſatione: quibus parentibus & qua patria natus eſſet ſciebant; ſed imperfecte, ſiquidem ex Joſephi ſemine natus non erat, neque in civitate Nazareth, ut credebant. Quatenus autem Deum nequaquam eum cognoſcebant, quia ejus verbis credere nolebant.

§. 243.

Hoc autem dicebant tentantes eum, ut poſſent accuſare eum crudelitatis, ſi mulierem lapidandam eſſe diceret; violatæ legis, ſi dimittendam. *Jeſus autem inclinans ſe deorſum, digito ſcribebat in terra.* Characteres formando in pulvere pavimenti, indicabat Chriſtus ſe nolle reſpondere ad propoſitam quæſtionem, aliud agens, & melioribus rebus animum applicans, quo ancipitem calumniam ab adverſariis ſibi paratam evitaret. Certe interdum hoc faciunt viri prudentes, cum ad interrogata reſpondere nolunt, ut ſcilicet vultum alio avertant, aliud cogitare ſe aut agere ſimulent.

§. 244.

Et ſi ego teſtimonium perhibeo de meipſo, teſtimoniumque meum non ſit fide dignum apud vos, eo quod nemo ſit in propria cauſa teſtis idoneus; tamen *verum eſt teſtimonium meum... In lege* enim *veſtra ſcriptum eſt quia duorum hominum teſtimonium verum eſt:* atqui *ego teſtimonium perhibeo de meipſo, & teſtimonium perhibet de me, qui miſit me, Pater.*

§. 246.

Dicebant ergo ei: Tu quis es? Dicit eis Jeſus: Principium qui & loquor vobis. Hîc adverbialiter ſumendum eſt *principium*, (quemadmodum in Græco τὴν ἀρχὴν; ut ſenſus ſit: Ego ſum is, quem jam inde a prædicationis meæ principio me eſſe profeſſus ſum, ſcilicet Chriſtus Filius Dei.

§. 247.

Reſponderunt ei alii Judæi quam qui credebant in eum: *Semen Abrahæ ſumus, &c.*

§. 249.

Si ego glorifico meipſum, gloria mea nihil eſt. Vide 1. annot. art. 97.

§. 252.

§. 252.

1. *Peccatores Deus non audit*, ut per eos ad ſimulatam eorum ſanctitatem aſtruendam miracula faciat, ſicuti per Jeſum facit ad veram ejus ſanctitatem declarandam.

2. *Niſi eſſet hic a Deo, non poterat facere quidquam*, id eſt, non poſſet facere quidquam ex his quæ facit.

§. 254.

1. *In judicium ego in hunc mundum veni; ut qui non vident videant, & qui vident cæci fiant.* Non eo fine venit Chriſtus, ut excæcaret eos qui videbant: ſed qui ei credere noluerunt, ob ſuam incredulitatem in cæcitatem inciderunt. Vide 2. annot. art. 23.

2. *Si cæci eſſetis*, ſi revera ignari eſſetis, neque legiſſetis Scripturas, neque verba mea audiſſetis, neque vidiſſetis opera mea, quæ non patiuntur vos ignorare me eſſe Meſſiam, *non haberetis peccatum* infidelitatis. *Nunc vero dicitis; Quia videmus*, arrogatis vobis notitiam legis; propterea *peccatum veſtrum manet* in vobis.

§. 255.

Omnes quotquot venerunt non miſſi a Deo, ſed a ſemetipſis, *fures ſunt & latrones.*

§. 257.

Nemo tollit eam a me contra voluntatem meam.

§. 259.

Neminem per viam ſalutaveritis. Non prohibet humanitatis officia, ſed omnem inutilem confabulationem, diſtractionem, & moram; ſicut olim Eliſæus ſervo ſuo Giezi his verbis: *Si occurrerit tibi homo, non ſalutes eum & ſi ſalutaverit te quiſpiam, non reſpondeas illi.* 4. Reg. 4. 29.

§. 263.

Confiteor tibi Pater, Domine Cæli & terræ, quia abſcondiſti hæc a ſapientibus & prudentibus, & revelaſti ea parvulis. Id eſt, laudo te & gratias ago tibi quod myſteria quæ non revelaſti ſapientibus & prudentibus hujus ſæculi (id eſt, ſuperbis) revelaveris humilibus & idio-

tis, qui nulla ſeculi ſapientia aut prudentia clari ſunt.

§. 271.

1. *Væ vobis, Scribæ & Phariſæi hypocritæ, qui ædificatis ſepulcra Prophetarum, & ornatis monumenta juſtorum; patres autem veſtri occiderunt illos.... Teſtimonio eſtis vobiſmetipſis... quod conſentitis operibus patrum veſtrorum: quoniam ipſi quidem eos occiderunt, vos autem ædificatis eorum ſepulcra.* Cum occiſorum ſepultura vel bonum vel malum opus eſſe poſſet ſecundum diverſam intentionem; Chriſtus, ſpectata in Scribis & Phariſæis morum perverſitate, in malam partem interpretatur iſtam ſepulcrorum ædificationem quæ ſpeciem boni præ ſe ferebat; quaſi diceret: Vos quidem ædificatis & ornatis ſepulcra & monumenta Prophetarum aliorumque juſtorum à patribus veſtris occiſorum, ut plebi imperitæ oſtendatis vos iſtorum occiſorum virtutes animo colere, majorumque veſtrorum ſcelera deteſtari, & qua poteſtis via expiare: ego autem dico vobis quod moribus veſtris teſtificamini vos mala patrum veſtrorum opera approbare, juſtorumque ab illis occiſorum ſepulcra ædificare ut plenum fiat homicidium; nam patribus veſtris meliores non eſtis, e contra, pejores.

2. *Propterea & ſapientia Dei dixit.* Vel hæc verba ſunt Chriſti loquentis de ſeipſo in tertia perſona, vel ſunt Evangeliſtæ; vel *propterea* eſt Chriſti & *& ſapientia Dei dixit* Evangeliſtæ, hoc ſenſu: *Propterea (& ſapientia Dei dixit) ecce ego mitto &c.*

3. *uſque ad ſanguinem Zachariæ filii Barachiæ.* Zacharias ille erat filius Jojadæ, ut videre eſt in libro 2. Paralipomenon c. 24. v. 20. Itaque ſi apud Matthæum habetur *filius Barachiæ*, veriſimile eſt id additum fuiſſe ab aliquo antiquo librario, qui cum locum illum Paralipomenon non legiſſet, arbitratus eſt Chriſtum loqui de Zacharia Propheta filio Barachiæ, hocque indicare voluit, ne lector crederet de Zacharia patre Joannis Baptiſtæ ſermonem eſſe; ſicque errorem unum removere volens, alium induxit. Porro citatur à Chriſto Zacharias, non tamquam ultimus à Judæis occiſus, ſed tamquam ultimus ex iis quorum cædes ſacris literis conſignata eſt. Vide Eſtium optime refutantem opiniones eorum qui dicunt hunc Zachariam alium eſſe à filio Jojadæ. In ſacros autem codices nonnulla irrepſiſſe ejuſmodi menda, quæ nihil ad fidem ſpectant, ſatis declarat D. Auguſtinus, cum dicit: *Codicibus emen-*

dandis primitus debet invigilare ſolertia eorum qui Scripturas divinas noſſe deſiderant, lib. 2. de doctr. chriſtiana c. 14. Quin & ipſa Vulgatæ Editionis Præfatio idem fatetur his verbis : *Accipe igitur , Chriſtiane Lector , Clemente ſummo Pontifice annuente , ex Vaticana typographia veterem ac vulgatam ſacræ Scripturæ Editionem quanta fieri potuit diligentia caſtigatam ; quam quidem ſicut omnibus numeris abſolutam pro humana imbecillitate affirmare difficile eſt , ita ceteris omnibus , quæ ad hanc uſque diem prodierunt , emendatiorem , purioremque eſſe , minime dubitandum. Et vero quamvis in hac Bibliorum recognitione in codicibus manuſcriptis , Hebræis , Græciſque fontibus, & ipſis veterum Patrum commentariis conferendis non mediocre ſtudium adhibitum fuerit ; in hac tamen pervulgata Lectione ſicut nonnulla conſulto mutata , ita etiam alia , quæ mutanda videbantur , conſulto immutata relicta ſunt ; tum quod ita faciendum eſſe ad offenſionem populorum vitandam ſanctus Hieronymus non ſemel admonuit ; tum quod facile fieri poſſe credendum eſt , ut majores noſtri , qui ex Hebræis & Græcis Latina fecerunt , copiam meliorum & emendatiorum librorum habuerint , quam ij , qui poſt illorum ætatem ad nos pervenerunt , qui fortaſſe tam longo tempore identidem deſcribendo minus puri atque integri evaſerunt ; tum denique quia ſacræ Congregationi ampliſſimorum Cardinalium , aliiſque eruditiſſimis viris ad hoc opus à Sede Apoſtolica delectis propoſitum non fuit novam aliquam editionem cudere, vel antiquum Interpretem ulla ex parte corrigere , vel emendare ; ſed ipſam veterem ac vulgatam Editionem Latinam à mendis veterum librariorum nec non pravarum emendationum erroribus repurgatam , ſuæ priſtinæ integritati ac puritati , quoad ejus fieri potuit , reſtituere.*

§. 273.

Si pœnitentiam non egeritis , omnes ſimiliter peribitis. Id eſt , omnes quoque peribitis.

§. 280.

Sunt eunuchi qui ſeipſos caſtraverunt propter Regnum Cœlorum. Id eſt , alii ſunt qui , ut liberius Deo ſervirent , & Regnum Cælorum facilius certiuſque conſequerentur , à matrimonio (licet per ſe bono) ſeſe abſtinuerunt ; ſicque ſeipſos caſtraverunt moraliter , non phyſice. Vide annot. art. 231.

§. 282.

1. *Quid me dicis bonum*, cum merum hominem me eſſe credas? Si me dicis bonum, neceſſe eſt ut fatearis me eſſe Deum; *nemo* enim eſt eſſentialiter *bonus, niſi ſolus Deus.* Non negat Chriſtus reperiri homines qui vere boni & ſint & vocari poſſint; licet non ex natura ſua boni ſint, ſed à Deo omnis bonitatis fonte bonitatem ſuam acceperint: verum ex interrogatione juvenis illius Principis carpere voluit occaſionem aliquid ei de divinitate ſua inſinuandi.

2. *Adhuc unum tibi deeſt* neceſſarium ad perfectionem.

§. 283.

1. *Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, quam divitem intrare in Regnum Cœlorum* quamdiu confidit in pecuniis.

2. *Apud homines hoc impoſſibile eſt, ſed non apud Deum.* Id eſt, humano more fieri non poteſt ut dives in theſauris ſuis confidens à nimio eorum affectu avellatur; ſed magna Dei gratia id fieri poteſt, & conſequenter ut ſalvetur.

§. 287.

Recumbe in noviſſimo loco; ut cum venerit qui te invitavit dicat tibi: Amice, aſcende ſuperius. Particula *ut* non denotat finem quem ſpectare debeat, qui noviſſimo loco recumbit, ſed eventum qui ut plurimum accidit.

§. 290.

Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & ſorores, adhuc autem & animam ſuam, quatenus mihi meoque obſequio adverſantur, *non poteſt meus eſſe diſcipulus.* Hanc eamdem ſententiam ſic profert Chriſtus in art. 182: *Qui amat patrem aut matrem pluſquam me, non eſt me dignus, &c.* Id eſt, qui voluntati meæ præfert voluntatem aut affectum parentum, non eſt me dignus.

§. 291.

Ita majus *gaudium erit in Cælo ſuper uno peccatore pœnitentiam agente, quam ſuper nonaginta-novem juſtis qui non indigent pœnitentia.* Loquitur Chriſtus more humano & accommodate ad hominum ingenium, qui novum gau-

dium, recens, & ex inſperato obveniens melius ſentiunt, & pluris faciunt, quam aliud longe majus quo à multo tempore potiuntur. Vide annot. art. 230.

§. 294.

Homo, quis me conſtituit judicem, aut diviſorem ſuper vos de terrenis diſſidentes? Non miſſus erat Chriſtus, ut rebus mundanis occuparetur.

§ 296.

Nolite ſolliciti eſſe animæ veſtræ, quid manducetis; neque corpori veſtro, quid induamini. Non prohibet laborem ordinatum vel etiam diligentiam pro neceſſariis comparandis; ſed anxiam illam ſollicitudinem, quâ animus in diverſa diſtractus ſe vexat, & cum quodam metu non aſſequendi totus in eo poſitus eſt, ut ſibi de neceſſariis proſpiciat, non divinæ fidens providentiæ. Addit Chriſtus: *Nonne anima plus eſt quam eſca, & corpus plus quam veſtimentum?* quaſi diceret: Nonne vita præſtantior eſt quam id quod ſuſtentatur, & corpus præſtantius quam id quo tegitur? Deus autem dedit vobis illa majora: ergo dabit & minora, quibus ipſemet vitam ſuſtentari & corpus tegi voluit. *Reſpicite volatilia cæli, conſiderate corvos, quia non ſeminant, neque metunt, quibus non eſt cellarium, neque horreum; & Deus Pater veſter cæleſtis paſcit illos: quanto magis vos* paſcet, qui longe *pluris eſtis illis*, quique ex ejus inſtituto laborare & vobiſmetipſis ex parte providere poteſtis. *Quis autem veſtrûm* anxie *cogitando poteſt adjicere ad ſtaturam ſuam cubitum unum? Si ergo neque* hoc, *quod minimum eſt* reſpectu totius corporis & vitæ, omni veſtra anxietate *poteſtis, quid de ceteris ſolliciti eſtis?* quid totum corpus ipſum & totam vitam ipſam veſtra illa anxietate ſuſtentari poſſe creditis?

§. 298.

Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, id eſt, de falſis divitiis, ut patet ex his ſequentibus verbis: *Si ergo in iniquo mammona fideles non fuiſtis; quod verum eſt quis dabit vobis?*

§. 305.

Exi, & vade hinc; quia Herodes vult te occidere. Non apparet Herodem quæſiviſſe Jeſum ad necem; e contra,

cum Jeſus à Pilato miſſus fuit ad Herodem ab eo examinandus, *Herodes viſo Jeſu gaviſus eſt valde : erat enim cupiens ex multo tempore videre eum*, non immanitate, ſed curioſitate pulſus, *eo quod audierat multa* mirabilia *de eo ; & ſperabat ſignum aliquod videre ab eo fieri.* Et quamvis Herodis curioſitati ſatisfacere Jeſus noluiſſet, & præterea à Judæis pertinaciter accuſaretur, non tamen eum Herodes condemnavit, ſed ei tantum illuſit, art. 444. Phariſæos autem male in eum animatos fuiſſe, ejuſque vitæ perpetuo inſidiatos, paſſim in Evangelio videmus. Itaque omnino apparet eos mentitos fuiſſe, cum ei dixerunt, *Herodes vult te occidere ;* videnturque mendacium iſtud ei ſpecie benevolentiæ obtruſiſſe, tum ut Herodis terrore diſcederet à Peræa, ubi ſermones ejus & miracula ferre non poterant, tum ut in Judæam tranſiens, ibi occideretur. Ex quo ſequitur Chriſti reſponſionem in eos factam fuiſſe, non vero in Herodem, licet aliunde malum. *Ite* (inquit accommodate ad eorum fictionem) *& dicite vulpi illi : Ecce ejicio dæmonia, & ſanitates perficio hodie & cras, & tertia die conſummor :* quaſi dixiſſet : Diſcat quiſquis eſt ille fraudulentus inſidiator quia aliquanto adhuc tempore dæmonia ejiciam, & infirmos ſanitati reſtituam, & poſtea per mortem meam conſummabor. *Verumtamen oportet me hodie, & cras, & ſequenti die ambulare :* non obſtantibus cujuſvis hominis inſidiis aut minis oportet me juxta divinæ providentiæ diſpoſitionem exiguo illo tempore, quod mihi ſupereſt, officio meo fungi ; neque hîc occîdi, ſed in Jeruſalem : *quia non capit Prophetam* aliquem *perire extra Jeruſalem*, tanta eſt Sacerdotum, Scribarum, Phariſæorum, & Seniorum in ea habitantium impietas. Omnium Prophetarum cædes Jeroſolymis imputatur eo quod eorum pars maxima in iſta civitate ſit occiſa.

§. 310.

Abiit in regionem juxta deſertum, in civitatem quæ dicitur Ephrem. Si civitas illa eadem eſt quæ à Geographis deſcribitur in Samaria, rectum iter ex illa in Jeruſalem non erat per Jericho, per quam civitatem tranſiſſe Chriſtum videmus in art. 316. Sed facile fieri potuit ut varias ob cauſas à conſueto itinere Chriſtus deflecteret.

§. 311.

Qui immunditiam aliquam legalem contraxerant *aſcen-*

derunt Jeroſolymam ante Paſcha, ut ſanctificarent ſeipſos, id eſt, ut ſeſe mundarent, & ſic poſſent manducare & agnum paſchalem & alias paſchales victimas.

§. 312.

Non receperunt eum, quia facies ejus erat euntis in Jeruſalem. Vide articulum 60, & annotationem articuli 61.

§. 313.

Ipſi nihil horum intellexerunt, licet perſpicua eſſent. Adeo enim frequenter eum audiebant metaphorice loquentem, ut fortaſſe exiſtimarent eum de metaphorica aliqua morte & reſurrectione loqui.

§. 314.

Acceſſit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filiis ſuis, adorans, & petens, &c. Marcus ipſos filios inducit petentes à Chriſto ſummum honoris gradum in Regno ejus; ſed non propterea Matthæo adverſatur. Id enim petierunt filii, non per ſeipſos, ſed per matrem ſuam, quam ad petendum inſtigaverant, ut petitio eſſet honeſtior, & impetratio facilior. Unde Chriſtus non matri, ſed filiis reſpondit: *Neſcitis quid petatis:* Non hoc obtinetur precibus, ſed meritis: Non ipſe intrabo in gloriam meam niſi per paſſionem & crucem. *Poteſtis bibere calicem* ignominiæ, ſupplicii, & mortis, *quem ego bibiturus ſum; aut baptiſmo* aquarum tribulationum, *quo ego* mox *baptizor, baptizari? At illi dixerunt ei: Poſſumus. Jeſus autem ait eis: Calicem quidem* ſimilem ei *quem ego bibo* (id eſt, bibiturus ſum) *bibetis, & baptiſmo* ſimili ei *quo ego baptizor* (id eſt, baptizandus ſum) *baptizabimini: ſedere autem ad dexteram meam vel ad ſiniſtram, non eſt meum dare vobis* eo modo quo putatis: ſedes illæ non à me pro libito meo humanoque beneplacito diſtribuendæ ſunt cedendo familiarium affectibus aut votis; ſed his dandæ ſunt, quibus à Patre meo ſunt decretæ, nempe certantibus & vincentibus: quibus enim certamen & victoriam, illis & coronam paravit.

§. 318.

1. *Et proficiſcente eo de Jericho...* Lucas dicit, *Cum appropinquaret Jericho*, id eſt, cum prope eſſet. Verbum enim *appropinquare* non ſemper motum ad locum, ſed ſæpe di-

ſtantiam tantum ſignificat Vide 1. annot. art. 322.

2. *Ecce duo cæci ſedentes ſecus viam.* Quoniam alter altero notior erat, unius tantum mentionem faciunt Marcus & Lucas.

§. 320.

1. *Videntes autem quidam diſcipuli indignati ſunt intra ſemetipſos, & fremebant in eam. Dixit ergo unus ex diſcipulis ejus Judas Iſcariotes, &c.* Matthæus & Marcus per ſynecdochen diſcipulis in genere tribuunt quod ab uno tantum eorum factum eſt; ut cum aiunt latrones Chriſtum blaſphemaſſe; quod tamen ex Luca ab uno tantum è latronibus factum eſſe conſtat. Vide 1. annot art. 463. Dici etiam poteſt plures quidem ex diſcipulis indigne tuliſſe & fremuiſſe in cordibus ſuis, ſed ſolum Judam in verba prorupiſſe.

2 *Sinite illam, ut in diem ſepulturæ meæ ſervet illud.* Id eſt, ne moleſte feratis quod in tempus ſepulturæ meæ ſervaverit illud. Vide ſequentem annotationem.

3. *Me autem non ſemper habetis.* Quaſi diceret: Non ſemper me vobiſcum habebitis hoc viſibili & familiari modo ſecundum quem poſſitis mihi ipſi benefacere. *Quod habuit hæc* in ſua poteſtate, *fecit: mittens enim hæc unguentum hoc in corpus meum, prævenit ungere me in ſepulturam.* Ad ſignificandum mortem ſuam eſſe proximam, Chriſtus alludens ad modum ſepeliendi mortuos dicit iſtam mulierem tam opportune unguentum ſuum effudiſſe ſuper ipſum, ut videatur ipſiuſmet corpus unxiſſe in ſepulturam per anticipationem & quaſi divinando illud paulo poſt ſepeliendum.

§. 322.

1. *Cum appropinquaſſent Jeroſolymis, ad Bethphage & Bethaniam.....* Id eſt, cum eſſent prope Jeroſolymam, Bethphagen, & Bethaniam. Nondum enim Bethphagen, neque Jeroſolymam attigerant; ſed jam reliquerant Bethaniam, ubi Chriſtus pridie diverſatus fuerat.

2. *Invenietis aſinam alligatam, & pullum cum ea.* Quoniam ſuper ſolum pullum ſedit Chriſtus, de ſolo pullo mentionem faciunt Marcus & Lucas.

3. *Jactantes veſtimenta ſua ſupra pullum, deſuper ſedere fecerunt Jeſum.* Matthæus dicit, *Impoſuerunt ſuper eos veſtimenta ſua*, id eſt, ſuper alterum eorum, nempe ſuper pullum.

§. 327.

Abſcondita ſunt ab oculis tuis; quia claudis oculos tuos ne ea videas.

§. 328.

Non me videbitis amodo, donec veniat cum dicetis ſicut & hi diſcipuli mei, quorum clamores vos offendunt: *Benedictus qui venit in nomine Domini.* Id eſt, donec veniat dies illa ultimi mei adventus, in qua vel inviti agnoſcetis & confitebimini me eſſe Filium Dei. Vide art. 432.

§. 333.

Nunc anima mea turbata eſt: & quid dicam? Pater, ſalvifica me ex hac hora. Vide annot. art. 416.

§. 335.

Si quis audierit verba mea, & non cuſtodierit: ego proprie *non judicio eum: non enim veni* in hunc finem *ut judicem mundum;* Si quem condemnaturus ſim, non illum condemnabo niſi propter neglectum ſermonem meū. Itaque *ſermo quem locutus ſum, ille judicabit eum in noviſſimo die:* non proprie ego ſum judex ejus, ſed ſermo meus.

§. 337.

Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Iſaias: Excæcavit (ſcilicet Deus) *oculos eorum, & induravit cor eorum;* unde factum eſt *ut non videant oculis, & non intelligant corde, &* non *convertantur, &* non *ſanem eos* per prædicationem meam. Cauſa cur non poſſent credere erat eorum mentis excæcatio & voluntatis obduratio: quod impedimentum tale eſt, ut, quamdiu durat, nullomodo fidem admittat. Non poterant ergo credere, quia nolebant. Excæcationis & indurationis cauſa propria ac directa, eſt ipſa hominis malitia: Deo tamen id ſubinde tribuitur, ſed improprie & indirecte tantum; quia ſcilicet perverſis (juſtitia ſic exigente) gratiam ſubtrahit, permittitque varias errorum atque offendiculorum occaſiones illis objici, unde in malo indurentur, & toti demum excæcentur; ut patuit in Pharaone, in Juda, & in tot aliis. Porro in illo Iſaiæ loco, cujus ſenſum potius quam verba citat Joannes, qui excæ-

cat eſt ipſemet Propheta, & qui ſanat eſt Deus. Propheta autem excæcavit & induravit Judæos per prædicationem ſuam; id eſt, tanto zelo & fervore, tanta virtute & unctione eis prædicavit, ut qui poſt ejus prædicationem adhuc in peccatis ſuis manſerunt, omnino excæcati & indurati viſi ſint perinde ac ſi eos excæcaſſet & induraſſet.

§. 338.

1. *Alia die mane revertens a Bethania in civitatem, eſuriit;* fecit actionem hominis eſurientis, ſeu manducare volentis: nam *cum vidiſſet a longe fici arborem unam ſecus viam habentem folia*, quamvis ſciret eam non habere fructum, tamen myſterii cauſâ *venit* quaſi videre volens *ſi quid forte inveniret in ea. Et cum veniſſet ad eam, nihil invenit præter folia: non enim erat tempus ficorum. Et ait illi: Numquam ex te fructus naſcatur in ſempiternum.* Sicut parabolice & metaphorice multa dixit Chriſtus, ita & parabolice hoc fecit, ut aliquid aliud ſignificaret, maledictionem ſcilicet populi Judaici fructibus juſtitiæ vacui, bonorum operum ſterilis. Quod autem non eſſet tempus ficorum, circumſtantia eſt quæ nihil facit ad maledictionem arboris, quæque proinde ad Judæorum maledictionem non eſt applicanda.

§. 339.

Cœpit ejicere omnes vendentes & ementes in Templo. Vide annot. art. 49.

§. 345.

In vineæ locatæ parabola Matthæum inter & Lucam magna videtur eſſe contradictio in eo quod Matthæus inducat Judæos Chriſto reſpondentes, *Malos male perdet, & vineam ſuam locabit aliis agricolis, qui reddant ei fructum temporibus ſuis*; Lucas vero hanc eamdem reſponſionem Chriſto ſic tribuat, *Veniet, & perdet colonos iſtos, & dabit vineam aliis*, & a Judæis rejectam ſignificet his verbis, *Quo audito, dixerunt illi: Abſit.* Contradictionem illam, quam a nemine vidi explicatam, omnino tollit circumſtantiarum ordo, quem in Concordia teneo; & perſpicua fit tota parabolæ applicatio, quæ in ſingulis Evangeliſtis & in omnibus Concordiis obſcura eſt. In Sacerdotes quidem & alios qui de poteſtate interrogaverant dicta fuit illa parabola; ſed non eis ſolis

propoſita fuit, ut patet ex Luca: quin & ad ſolam plebem, audientibus Sacerdotibus, directa fuiſſe videtur ex eodem Evangeliſta; ſiquidem poſt interrogationem de poteſtate, dicit, *Cœpit autem dicere ad plebem parabolam hanc.* Non dicit, *Cœpit autem dicere & ad plebem*, quod indicaret Chriſtum Sacerdotes ſimul & plebem allocutum fuiſſe; ſed dicit, *Cœpit autem dicere ad plebem*, quod indicat Chriſtum a Sacerdotibus,qui ipſi reſpondere noluerant undenam eſſet baptiſmus Joannis, ad plebem ſermonem ſuum convertiſſe, ut plebs illa non tam alte penetrans ad parabolam ingenue reſponderet, ipſeque reſponſionem ejus omni populo Judaico, ſed præcipue Sacerdotibus, Legiſperitis, & Magiſtratibus applicaret. Itaque cum dicit Chriſtus; *Cum ergo venerit dominus vineæ, quid faciet agricolis illis?* quidam de plebe *aiunt illi: Malos male perdet; & vineam ſuam locabit aliis agricolis, qui reddant ei fructum temporibus ſuis.* Marcus & Lucas ſolum parabolæ ſenſum curantes, Chriſto tribuunt reſponſionem plebis, eo quod reſponſionem illam applicaverit, ut ſic refert Matthæus: *Ideo dico vobis quia auferetur à vobis Regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus ejus.* Poſt applicationem iſtam à Chriſto factam Sacerdotes *dixerunt illi: Abſit*, ſcilicet ut à nobis auferatur Regnum Dei, & detur alienæ genti. Poſt, inquam, reſponſionis applicationem, non vero immediate poſt ipſam reſponſionem dixerunt *Abſit.* Etenim ſi poſt hæc verba, *Veniet. & perdet colonos iſtos, & dabit vineam aliis*, dixiſſent *Abſit*, contra æquitatem & ſenſum communem locuti fuiſſent, ſibique ipſi parabolam aperte applicaſſent.

§. 352.

Regnum Dei intra vos eſt. Non indicat Chriſtus realem inexiſtentiam, quaſi revera in Phariſæis regnum illud fuiſſet; ſed naturam regni illius, quod de ſe ſpirituale & inviſibile eſt, quodque proinde in Phariſæis eſſe potuiſſet, ſi voluiſſent.

§. 354.

Si ergo David vocat eum Dominum, quomodo filius ejus eſt? Inſinuat hîc Phariſæis ex claris Scripturæ locis Meſſiam non eſſe purum hominem, ut ipſi credebant, ſed eſſe ſimul Deum; & ſic filium quidem Davidis ſecundum humanam naturam, dominum vero ejuſdem ſecundum naturam divinam.

§. 356.

Quæ in tenebris, quæ privatim & inter domeſticos parietes *dixiſtis* quotquot eſtis, & conſequenter Phariſæi, *in lumine dicentur*, palam proferentur progreſſu temporis, ſed præſertim in die judicii, in quo *Dominus illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium*, 1. Cor. 4 5. *Et quod in aurem locuti eſtis in cubiculis*, quod ſecretis colloquiis quaſi in aurem inſuſurratum fuit, *prædicabitur in tectis*, id eſt, in loco publico. De hac locutione, *prædicabitur in tectis*, vide 1. annot. art. 181.

§. 358.

Patrem nolite ita *vocare* ſeu exiſtimare *vobis ſuper terram*, ut illi præcipue vitam acceptam referatis, atque ab ejus providentia maxime pendeatis; *unus eſt enim Pater veſter, qui eſt in Cœlis*, à quo omnia bona procedunt, cuique omnia accepta referenda ſunt. *Nec vocemini magiſtri*, id eſt, nolite magiſterii titulum vobis arrogare ut honorificemini ab hominibus quaſi ſcientiam & docendi autoritatem haberetis à vobiſmetipſis; *quia Magiſter veſter unus eſt Chriſtus*, à quo habetis quidquid ſcitis, & quidquid magiſterii in alios exercetis.

§. 361.

Numquid gratiam habet ſervo illi, quia fecit quæ ei imperaverat, id eſt, quia terram aravit aut pavit greges? Numquid exiſtimat ſe nihil aliud ei juſte imperare poſſe? *Non puto*; quia heri ſatis perſuaſi ſunt quidquid miniſterii à ſervis ſuis accipiunt, ſibi debitum eſſe pro mercede qua eos conduxerunt. *Sic & vos cum feceritis omnia quæ præcepta ſunt vobis* à Deo, ne exiſtimetis vos ſtatim remunerandos eſſe quaſi nihil aliud agere deberetis; ſed potius novum aliud opus poſtulate; *dicite*: Nunc *ſervi inutiles ſumus*; quia *quod debuimus facere*, jam *fecimus*, & nihil operis nobis reſtat. Quid ergo nunc faciemus, ne vacui & inutiles ſimus?

§. 368.

1. *Qui* erit *ſuper tectum, ne deſcendat in domum*. Vide 1. annot. art. 181.

2. *Orate autem ut non fiat fuga veſtra in hieme vel Sabbato.* Quia tempus hiemale valde incommodum eſt, & in Sab-

bato non licebat multum itineris conficere. In vitæ autem periculo lex illa ceſſabat : ſed his verbis ſicut & præcedentibus intendit tantum Chriſtus ſignificare talem fore in excidio Jeroſolymitano & Judæorum vaſtatione tribulationem, ut omnis diligentia adhibenda ſit ad eam effugiendam.

§. 370.

1. *Stellæ cadent de cælo*, id eſt, apparere ceſſabunt ſubitò quaſi lapſæ de cælo. Id autem fiet, quia non dabunt lumen, ſed obſcurabuntur. Nam, ut notat Eſtius, omnino videtur Dominus idem velle dicere de ſtellis, quod dixerat de ſole & luna, licet verbis diverſis; ſicut & de luna idem quod de ſole diverſis verbis dixerat : ita ut hæc tria ſint eadem ; obſcurari, quod dixit de ſole ; non dare lumen ſuum, quod dixit de luna ; & cadere de cælo, quod dixit de ſtellis. Et hic ſenſus confirmatur ex aliis locis, ubi hoc ipſum plane de ſtellis dicitur, ut Ezech. 32. 7. *Nigreſcere faciam ſtellas ejus*, & Iſ. 13. 11. *Stellæ cæli.... non expandent lumen ſuum.*

2. *Non præteribit generatio hæc*, id eſt, mundus hic viſibilis (ut ait Maldonatus) *donec omnia hæc* quæ dixi *fiant* Omnino & certiſſime fient antequam finiatur mundus. Etenim *cælum* hoc quod videtis *& terra tranſibunt* à præſenti ſtatu in alium ; *verba autem mea non tranſibunt* quantum ad rem ſignificatam, non mutabuntur, non aliter aliquid continget quam illa ſonant & ſignificant. Hanc Chriſti ſententiam alii ſic exponunt : *Non* penitus *præteribit generatio hæc* Judæorum, *donec omnia hæc* quæ dixi *fiant*. Omnino & certiſſime fient antequam gens Judaica penitus aboleatur è terra. *Cælum & terra*, quæ permanere debent in æternum, *tranſibunt* potius, quam prædictiones meæ in irritum cadant. Quidquid eveniat, *verba mea non tranſibunt* ſine effectu ſuo. Vide art. 111.

3. *De die autem illa vel hora* conſummationis ſeculi *nemo ſcit; neque Angeli Cælorum, neque Filius, niſi ſolus Pater.* In natura quidem humanitatis & quatenus homo novit diem illam & horam, ſed non ex natura humanitatis, inquit D. Gregorius l. 8. ep. 42. Itaque ſcientiam quā non habebat ex natura humana, in qua ut Angeli creata erat, hac ſe cum Angelis carere dicit Sic etiam explicari poſſunt ejus verba : Diem illam & horam neſcit ex ſemetipſo ; ſed ex Patre ſuo, qui ſolus omnia novit ex

ſemetipſo, cum ſolus habeat eſſe à ſemetipſo.

§. 374.

Qui fuerit in tecto, & vaſa ejus in domo, ne deſcendat tollere illa. Vide 1. annot. art. 181.

§. 375.

In quacumque hominum conditione *unus* eligetur, & *aſſumetur* in nubibus obviam Chriſto in aëra, 1. Theſſ. 4. 16. *& alter* reprobabitur, & *relinquetur* in terra, paulo poſt in ſupplicium æternum mittendus.

§. 376.

Ubicumque fuerit corpus aliquod mortuum, *illic congregabuntur & aquilæ* tamquam ad eſcam ſuam. Non ſe cadaveri comparat Chriſtus & aquilis electos, ſicuti quidam arbitrantur; ſed hoc utitur proverbio ad ſignificandum ea facile jungi quæ natura ſua jungi poſtulant, quaſi diceret: Non magis hominibus latebit adventus Filii hominis, quam latet cadaver aquilis: & in quocumque loco fuerit Filius hominis, ad eum ſua natura congregabuntur omnes electi tamquam membra ad caput, & omnes generatim homines tanquam judicandi ad judicem ſuum; ſicut natura ſua feruntur aquilæ ad cadaver tamquam ad eſcam ſuam. Notandum eſt, ut jam dixi, comparationem tantum eſſe inter facilitatem qua congregantur aquilæ ad cadaver, & facilitatem qua homines ad Chriſtum congregabuntur; non vero inter cadaver & Chriſtum, aquilas & electos. Hîc cadaver & aquilæ, ſicut & multa in parabolis, nihil quidquam ſingulare ſignificant.

§. 385.

1. *Scitis quia poſt biduum Paſcha fiet, & Filius hominis tradetur ut crucifigatur.* Ex hoc loco, ſicut & ex multis aliis ſequentibus, conſtat Paſcha hoc anno incidiſſe in feriam ſextam, & in eadem die celebratum fuiſſe; non vero in ſequentem fuiſſe tranſlatum, ut finxerunt qui Evangeliſtas aliter conciliare non poterant.

2. *Dicebant autem: Non in die feſto* injiciendæ ſunt in eum manus. Timebant enim *ne forte tumultus fieret in populo*, qui undique maximo numero ad feſtum confluxerat, & ne qui in Jeſum bene animati erant, ipſis reſiſterent.

§. 386.

Quærebat opportunitatem ut eum traderet ſine turbis, id eſt, ſine turbarum tumultu. Vide præcedentem annotationem.

§. 387.

Prima die azymorum, in qua neceſſe erat occidi Paſcha... Id eſt, die in cujus veſpera incipiebat uſus panum infermentatorum, & agnus paſchalis immolandus erat.

§. 390.

Et vos debetis alter alterius lavare pedes. Id eſt, humilitatis & charitatis officia alter alteri exhibere debetis.

§. 391.

Bonum erat ei, ſi natus non fuiſſet homo ille. Id eſt, melius fuiſſet Judæ numquam fuiſſe, quam tale peccatum commiſſurum eſſe.

§. 392.

Cum ſua reſponſione Chriſtus nullum indicaſſet, ſiquidem omnes intingebant cum eo manum in paropſide, *aſpiciebant ad invicem diſcipuli hæſitantes* & anxii *de quo diceret*; & obſervabant ſi quod indicium in aliquo ex voce vel vultu appareret. *Erat* autem *recumbens unus ex diſcipulis* (Joannes ſcilicet) *quem diligebat Jeſus* (id eſt, cui Jeſus peculiaria dilectionis ſigna ſæpius oſtendebat) *in ſinu Jeſu*, id eſt, ſupra pectus ejus. Judæis & aliis multis gentibus mos erat ſuper lectulis ſeu toris convivalibus ad menſam accumbendi; eorumque ſitus talis erat, ut in cubitum ſiniſtrum incumberent ac reliqua pars corporis extrorſum in longum protenderetur. Ex quo ſitu fiebat ut caput ſecundi recumbentis reſpiceret pectus primi; & ſic de ceteris. Itaq, cum Joannes accumberet Chriſto proximus, poſterior pars capitis ejus reſpondebat ſinui ſeu pectori Chriſti, eique facile ſecretò loqui poterat. *Innuit ergo huic Simon Petrus, & dixit ei* per nutum: *Quis eſt de quo dicit?* quære ab eo. *Itaque* Joannes qui ſe aliquantulum erexerat, ſe iterum reclinavit ad pectus Jeſu: & *cum recubuiſſet ille ſupra pectus Jeſu, dicit ei* ſecretò: *Domine, quis eſt?* Cui ſecretò *reſpondit Jeſus: Ille eſt cui ego intinctum panem porrexero. Et cum* in paropſide *intinxiſſet panem* condimento, eum *dedit Judæ Simonis Iſcariotæ.* Tunc

Judas qui omnia obſervans, procul dubio animadverterat Petrum Joanni innuentem, & Joannem cum Chriſto ſecretò colloquentem, buccella illa ſe eſſe indicatum intellexit. *Et poſt buccellam* acceptam exacerbatus in Chriſtum, obfirmavit prorſus animum ad perficiendum ſcelus quod pactus erat; ſicque cum novo effectu *introivit in eum ſatanas. Et dixit ei Jeſus*, cum videret animum ejus ad executionem paratum: *Quod facis, fac citius:* quod facere moliris, fac citius; per me licet. *Hoc autem nemo ſcivit diſcumbentium ad quid dixerit ei. Cum ergo accepiſſet buccellam Judas qui tradidit eum, & ipſi* jam *cœpiſſent quærere inter ſe quis eſſet ex eis qui hoc facturus eſſet* ſcelus, voluit & ipſe interrogare eum, ne ſe ſibi conſcium eſſe ſilentio ſuo indicaret, & exiſtimans Jeſum, vel tantummodo ſuſpicari eum eſſe proditorem, vel ſi certo ſciret, non eſſe hoc ei palam objecturum, ſed iterum dicturum: Unus ex duodecim, qui intingit mecum manum in paropſide; vel alia ſimilia verba. Itaque Judas audaci voce *dixit: Numquid ego ſum, Rabbi? Ait illi* Jeſus: *Tu dixiſti*, tu ipſe es.

§. 393.

At ille ſtomachatus, & furore coactus, *exivit continuò* ad Judæos; ut cum eis de capiendo magiſtro ſuo provideret: *erat autem nox*, tempus tum Judæ tum Judæorum conſilio valde opportunum. *Cum ergo exiiſſet* traditor, *dixit Jeſus: Nunc clarificatus eſt Filius hominis*, quaſi dixiſſet: Jam jam gloria mea manifeſtabitur; ecce enim Judas quærit Judæos ut me tradat eis; & patiar, & in morte mea divinitatis meæ ſigna apparebunt, & continuo reſurgam, & aſcendam in Cœlum, & omnes ad me convertentur.

§. 394.

1. *Cœnantibus autem eis....* Id eſt, cum adhuc ad menſam accumberent. Non enim actus cœnandi indicatur, ſed tempus: Nam conſecratio panis facta fuit poſt cœnam ſicut & conſecratio vini. Vide ſequentem annotationem. Porro advertendum eſt Chriſtum poſt traditoris egreſſum familiariùs loqui diſcipulis ſuis, eiſque ineffabilia intimæ dilectionis ſigna exhibere, per Euchariſtiam ſcilicet, quam inſtituere noluerat præſente traditore, ne ſanctum daret cani, neve projiceret margaritas ſuas ante porcum.

2. *Similiter & accipiens calicem poſtquam cœnavit....*

Quoniam

Quoniam Lucas locutus eſt de alio calice, ſcilicet in cœna legali, cui ſtatim inſtitutionem Euchariſtiæ ſubjicit, notat hunc poſteriorem calicem datum fuiſſe diſcipulis poſt cœnam, ne lector exiſtimet eum de priori iterum loqui. Itaque hæc verba, *poſtquam cœnavit*, non ſignificant ſolum vinum fuiſſe conſecratum poſt cœnam. Divus quidem Paulus in epiſtola ſua 1. ad Corinthios c. 11. v. 25. dicit: *Similiter & calicem, poſtquam cœnavit, dicens: Hic calix novum teſtamentum eſt in meo ſanguine*: ſed loquitur juxta Evangelium a diſcipulo ſuo Luca conſcriptũ; ſicut Eccleſia loquitur juxta & Lucam & Paulum, cum dicit in Canone Miſſæ: *Simili modo poſtquam cœnatum eſt.*

§. 399.

Qui habet ſacculum, tollat; ſimiliter & peram; & qui non habet, vendat tunicam ſuam, & emat gladium. Per hæc verba notare tantum intendebat perſecutionis jam jam inſtantis acerbitatem, in qua ſi humana providentia nitendum fuiſſet: rebus omnibus ad vitam tuendam uti debuiſſent. *At illi* exiſtimantes quod ipſis gladios emendos eſſe diceret, *dixerunt, Domine, ecce duo gladii hîc.* Ille autem videns quod ipſius verba non intelligerent, nec amplius de re eadem loqui volens, *dixit eis: Satis eſt.* Itaque hæc Chriſti reſponſio non refertur ad duos gladios: ad pugnam enim vel duodecim gladii nihil feciſſent.

§. 400.

Creditis in Deum Patrem meum, *& in me* pariter *creditis.*

§. 404.

Omnia quæcumque audivi (id eſt, pleraque ex iis quæ audivi) *a Patre meo, nota feci vobis.* Hoc loco, ſicut & in multis aliis, pars maxima ſumitur pro toto. Chriſtus enim dicit in articulo 408: *Adhuc multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modo.*

§. 405.

Si non veniſſem, & ſi de divinitate mea non *locutus fuiſſem eis.... ſi* ad eam probandam *opera non feciſſem in eis quæ nemo alius fecit, peccatum* incredulitatis *non haberent.*

§. 406.

Hæc autem vobis ab initio non dixi tam aperte & diſtincte.

§. 408.

Adhuc multa habeo vobis dicere; ſed non poteſtis portare modo, Vide annot. art. 404.

§. 412.

Non pro mundo rogo, ſed pro his quos dediſti mihi. Id eſt, non pro quibuſvis indifferenter, ſed peculiariter pro his Apoſtolis meis nunc rogo.

§. 416.

Si poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte. Sciebat Chriſtus abſolute poſſibile eſſe Deo; at poſito divino decreto, quo conſtitutum erat ut pro nobis moreretur, ſciebat eſſe impoſſibile ut à ſe tranſiret calix iſte. Rogabat tamen ut tranſiret; quia ſinebat naturam humanam partes ſuas agere eodem modo ac ſi neque cum divinitate conjuncta fuiſſet, nec de divino decreto quidquam ſciviſſet. At poſtquam expreſſit deſiderium humanæ naturæ optantis ab acerbiſſima morte liberari., deſiderium voluntatis rationalis illum eumdem naturæ impetum pleniſſime divino beneplacito ſubjicientis declaravit, dicens: *Verumtamen non mea voluntas, ſed tua fiat:* non quod vellem, ſi naturæ humanæ deſiderio indulgerem; ſed quod tu vis, & quod ego tecum volo.

§. 419.

Apparuit autem illi Angelus de Cœlo confortans eum. Quemadmodum Chriſtus in ſe admiſit triſtitiam, ſic admiſit externam conſolationem.

§. 421.

Stabat autem & Judas, qui tradebat eum, cum ipſis: quia poſt datum Chriſto oſculum ad ipſos receſſerat.

§. 422.

Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. Id eſt, digni ſunt qui pereant. Non enim eventus, ſed meritum homicidæ ſignificatur juxta legem Gen. 9. 6.

§. 428.

Introivit cum Jeſu in atrium Pontificis; ſed non introivit cum eo in conclave ubi concilium erat congregatum, art. ſup.

§. 430.

1. *Poſſum deſtruere Templum Dei*, &c. *Ego diſſolvam Templum hoc manufactum*, &c. Hoc non dixerat Jeſus; ſed de corpore ſuo loquens, dixerat Judæis: *Solvite templum hoc*, & *in tribus diebus excitabo illud*; art. 50.

2. *Non erat conveniens teſtimonium illorum*. Id eſt, non erat ad mortem ſufficiens, etſi fuiſſet verum.

§. 433.

Tunc viri qui tenebant illum, illudebant ei. Sicut milites Præſidis (ut videbimus in articulo 451.) duxerunt Jeſum e Prætorio in atrium Prætorii ad eum flagellandum, ita non dubitandum eſt quin miniſtri Judæorum e loco ubi concilium erat congregatum duxerint nunc eum in atrium quod erat deorſum, & in quo ſtabat Petrus cum ſervis & miniſtris ad prunas. Vide annot. art. 437.

§. 434.

Quamvis negationes Petri eodem tempore contigerint in atrio, quo examen & judicium Chriſti in concilio; tamen vitandæ confuſionis cauſa utrumque ſeparatim exponere, ut fecerunt Matthæus & Marcus, ſatius viſum eſt.

§. 437.

Ingrediens tunc in hoc atrium & *converſus Dominus, reſpexit Petrum*. Vide annot. art. 433.

§. 438.

Et ut factus eſt dies, conſilium inierunt omnes Principes Sacerdotum. Solutum enim fuerat concilium poſt Chriſti condemnationem, quæ in articulo 432 memoratur.

§. 439.

Adduxerunt eum & *tradiderunt Pontio Pilato Præſidi*; ut eorum ſententiam jam latam confirmaret, & crucifigendum eum traderet.

§. 440.

Tunc impletum eſt quod dictum eſt per Jeremiam Prophetam dicentem : Et acceperunt triginta argenteos.... Hæc prophetia non reperitur apud Jeremiam, ſed apud Zachariam, eaque quantum ad ſenſum magis quam quantum ad verba, c. 11. v. 12. Unde veriſimile eſt Jeremiæ nomen expreſſum fuiſſe ab aliquo antiquo librario, qui apud hunc Prophetam locum quemdam viderat c. 31. v. 9. qui aliquam cum prophetia a Matthæo citata convenientiam habet.

§. 441.

1. *Non introierunt in Prætorium, ut non contaminarentur, ſed ut manducarent Paſcha.* Noluerunt introire in domum Prætoris ſeu Præſidis, ne legalem immunditiam contraherent : (Præſes enim ille erat Gentilis, & in Gentilium domibus non vitabantur ea quæ juxta legem Moyſi immundum reddebant.) Sed mundos ſeſe conſervare voluerunt, ut poſſent manducare Paſcha. Hoc in loco per *Paſcha* non deſignat Joannes agnum paſchalem, quia præcedente veſpera eum manducaverant ; nec panes azymos, quia ab eis immundi non arcebantur, cùm alio pane tunc uti non liceret ; ſed alias omnes paſchales victimas quæ totis illis ſeptem diebus immolabantur, Num. 28. 19. & *Paſcha* ſeu *Phaſe* vocabantur, Deut. 16. 2. a quibus immundi arcebantur, Lev. 22. 3.

2. *Nobis non licet interficere quemquam* ſine autoritate Præſidis.

§. 442.

Regnum meum non eſt de hoc mundo. Id eſt, non eſt de numero Regnorum hujus mundi ; non eſt terrenum ac temporale, ſed cæleſte & æternum.

§. 446.

Per diem autem ſolemnem conſueverat Præſes populo dimittere unum ex vinctis, quemcumque petiſſent. Solebat olim Rex ſeu Dux populi Judaici in memoriam liberationis e captivitate Ægyptiaca unum ex vinctis relaxare eo ipſo die quo liberatio illa contigerat, nempe die ſolemni Paſchæ, ſeu primo ex ſeptem diebus paſchalibus ; & conſuetudinem iſtam Romani, redacta in Provinciam Judæa, ſervaverunt in gratiam populi, qui privilegiis & conſue-

tudinibus iſtiuſmodi maxime teneri ſolet. Itaque ipſo die ſolemni Paſchæ Pilatus liberum dimiſit Barabbam, & Jeſum tradidit crucifigendum. art. 454.

§. 454.

Erat autem Paraſceve Paſchæ. Sicut dies ſeptimus vocabatur Sabbatum (quod interpretatur requies) quia in illo die ab omni opere ceſſandum erat, ita & dies ſextus dicebatur Paraſceve (quod interpretatur præparatio) eo quod in illo die paranda eſſent omnia quæ neceſſaria erant ad diem Sabbati, in quo ne cibos quidem parare licitum erat, Exod. 16. 23. neque ignem accendere, Exod. 35. 3. quod in aliis feſtivis diebus non prohibitum erat. Solum autem Sabbatum habuiſſe diem præparatorium, proindeque diem illum abſolute vocatum fuiſſe Paraſceven, non vero Paraſceven Sabbati, ſatis indicant Evangeliſtæ, cum dicunt: *Judæi ergo (quoniam Paraſceve erat) ut non remanerent in cruce corpora Sabbato, &c.* art. 473. *quia erat Paraſceve, quod eſt ante-Sabbatum,* art. 474 *Dies erat Paraſceves, & Sabbatum illuceſcebat*, art. 475. *propter Paraſceven Judæorum*, ibidem. *Altera autem die, quæ eſt poſt Paraſceven, &c.* art. 476. Itaque dies ille in quo crucifixus eſt Dominus noſter non dicitur Paraſceve reſpectu Paſchæ, ſed reſpectu Sabbati; & hæc Joannis verba, *Erat autem Paraſceve Paſchæ*, ſic intelligenda ſunt: Erat Paraſceve ſeu vigilia Sabbati incidens in diem Paſchæ. Porro non intendit Joannes hîc notare quonam die crucifixus ſit Jeſus, alioquin dixiſſet, *Erat autem dies Paſchæ:* ſed tantum vult rationem afferre cur Judæi tantopere Pilatum urgerent ut Jeſum morti traderet; nempe quia in veſpera illius diei Sabbatum incipiebat, & volebant ut ante illud tempus e cruce corpora tollerentur. Vide annot. art. 473. Hanc, inquam, ob cauſam dicit, *Erat autem Paraſceve:* addit vero *Paſchæ*, ad diſtinguendam eam Paraſceven ab aliis. Nota etiam hunc Evangeliſtam dicere *Paraſceve Paſchæ* eadem ratione qua dicimus *Dominica Pentecoſtes, feria ſecunda Pentecoſtes, feria tertia Pentecoſtes.*

§. 458.

Erat autem hora tertia: & ibi crucifixerunt eum. Sacrificia & preces fieri ſolebant hora tertia, ſexta, & nona; & hæc ipſa tempora feſtis maxime diebus tubæ ſono ſignificabantur. Unde factum eſt ut hæ horæ tamquam notio-

ges vulgo celebrarentur, neque mediarum ratio haberetur. Quapropter ut Marcus, qui dicit Jeſum hora tertia fuiſſe crucifixum, concilietur cum Joanne, qui art. 454. dicit horam fuiſſe quaſi ſextam antequam Pilatus Jeſum tradidiſſet crucifigendum, dicendum eſt Jeſum fuiſſe condemnatum & crucifixum multo poſt horam tertiam, & paulo ante ſextam. *Erat autem hora tertia*: id eſt, jam audita erat tuba horæ tertiæ; quod dici ſolebat donec caneret tuba horæ ſextæ.

§. 463.

1. *Unus autem de his, qui cum eo crucifixi erant, latronibus, blaſphemabat eum.* Matthæus & Marcus narrant latrones improperaſſe Chriſto: ſed dicendum eſt cum S. Auguſtino per tropum pluraliter dici, quod unus tantum fecit. Sic art. 468. Lucas & Joannes aiunt milites obtuliſſe Chriſto acetum, quod tamen ex Matthæo & Marco ab uno tantum ex militibus factum eſſe conſtat. Vide etiam 2. annot. art. 320.

2. *Hodie mecum eris in paradiſo*, id eſt, in ſtatu gloriæ.

§. 464.

& ſoror matris ejus Maria uxor *Cleophæ.* Alii arbitrantur Cleopham illum, qui ab aliis Evangeliſtis vocatur Alphæus art. 105. fuiſſe Joſephi fratrem, eamque ob cauſam uxorem ejus dici Beatæ Virginis ſororem. Alii eam fuiſſe propriam Joſephi ſororem exiſtimant.

§. 465.

Eli. Eli, lamma ſabacthani? hoc eſt; Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquiſti me. Reipſa inimicorum ſuorum furori derelictus erat Chriſtus; ſed ſponte ſua, ut indicat ipſe in articulo 257. Itaque hæc verba non ſunt exprobrantis, ſe dolores exprimentis. Sunt autem hæc verba initium Pſalmi 21, eaque Chriſtus voce magna proferre voluit, ut ea Judæi audientes, intelligerent Pſalmum illum eſſe paſſionis ejus prophetiam. Milites autem Romani Hebraicæ linguæ ignari, audientes *Eli, Eli*, putaverunt Jeſum opem Eliæ (de quo ſubinde a Judæis audierant) inclamaſſe.

§. 470.

Multa corpora ſanctorum qui dormierant ſurrexerunt.

Hæc verba referuntur ad *poſt reſurrectionem ejus.* Nullus enim ante Chriſtum reſurrexit ad gloriam & vitam immortalem. Hæc eſt igitur verborum conſtructio : *Monumenta aperta ſunt ; & poſt reſurrectionem ejus , multa corpora ſanctorum qui dormierant ſurrexerunt , & exeuntes de monumentis , venerunt in ſanctam civitatem , & apparuerunt multis.*

§. 471.

Glorificaverunt Deum. Lucas dicit *glorificavit Deum :* quia de ſolo Centurione loquitur , eumque ſolum inducit glorificantem Deum , id eſt , agnoſcentem & prædicantem veritatem de Chriſto. At quoniam Matthæus (cujus verba textum Concordiæ componunt) de Centurione & ejus militibus loquitur , eoſque ſimul inducit glorificantes Deum , id eſt , agnoſcentes & prædicantes veritatem de Chriſto , eum ſcilicet eſſe Filium Dei ; mihi mutandum fuit *glorificavit* in *glorificaverunt* Etenim ſi de pluribus locutus fuiſſet Lucas , procul dubio dixiſſet *glorificaverunt.*

§. 473.

Judæi ergo (quoniam Paraſceve erat , & ideo Sabbatum inſtabat *) ut non remanerent in cruce corpora Sabbato (erat enim magnus dies ille Sabbati ,* ſiquidem erat ſecundus ex ſeptem diebus paſchalibus) *rogaverunt Pilatum ut frangerentur eorum crura , & tollerentur ;* ne per cadavera pendentia Sabbatum contaminaretur : lex enim prohibebat ne cadavera relinquerentur in ligno uſque in ſequentem diem , quicumque ille eſſet , ne contaminaretur terra. Deut. 21. 23.

§. 475.

1. *Joſeph autem mercatus ſindonem , &c.* In die Sabbati non tantum ceſſandum erat ab omni opere ſervili , ſed etiam a multis aliis occupationibus quæ in aliis feſtivis diebus erant licitæ , ut conſtat ex lege. Itaque non mirandum eſt ſi ipſa die Paſchæ Joſeph emit ſindonem , & unà cum Nicodemo Chriſti corpus ſepeliunt.

2. *Subſecutæ autem mulieres , quæ cum eo venerant de Galilæa ,* ſcilicet *Maria Magdalene , & Maria Joſeph ,* & aliæ quæ in articulo 472 recenſentur , *revertentes paraverunt aromata & unguenta ,* non ſtatim poſt reditum a monumento , quia parandi tempus non habuiſſent , propter

inſtans vel etiam tunc inchoatum Sabbatum; ſed poſtquam toto Sabbato quieviſſent juxta legem.

§. 476.

Poſt tres dies reſurgam, id eſt, intra tres dies. Sic enim Hebræi loqui ſolent, ut dicant poſt tres, poſt octo, poſt quadraginta dies fieri, quod fit tertio, octavo, quadrageſimo. Sic Deuter. 31. 10. *Poſt ſeptem annos, anno remiſſionis, &c.* cum tamen annus remiſſionis eſſet ſeptimus.

§. 477.

1. *Cum tranſiſſet Sabbatum* (id eſt, poſt occaſum ſolis) *emerunt aromata, ut venientes* altera die valde mane *ungerent Jeſum.*

2. *orto jam ſole.* Id eſt, oriente tantum ſole; & ideo tenebris nondum plane diſſipatis.

3. *Et reſpicientes* mulieres a longe, *viderunt revolutum lapidem a monumento:* ſed non viderunt Angelum, quia ibi conſpicuus non manſerat. Itaque crediderunt corpus Chriſti ſublatum fuiſſe e monumento a cuſtodibus vel aliis.

§. 478.

1. *Cucurrit ergo* Maria Magdalene in civitatem ad diſcipulos; aliis mulieribus juxta ſepulcrum ſtantibus, & in illud introire non audentibus, ſed expectantibus donec aliquos ex diſcipulis Maria ſecum adduceret.

2. *Et vidit, & credidit* quod Maria dixerat eis, nempe corpus eſſe ſublatum.

3. J. *Abierunt ergo iterum diſcipuli ad ſemetipſos*, L. *ſecum mirantes quod factum fuerat.* Quoniam de ſolo Petro loquitur Lucas, dicit *Abiit ſecum mirans:* quia vero Joannes de duobus loquitur, de ſe ſcilicet & de Petro, ejuſque verba textum Concordiæ componunt, mutavi *mirans* in *mirantes*. Etenim non minus mirabatur Joannes quam Petrus.

§. 479.

Et introeuntes in monumentum mulieres exemplo Petri & Joannis excitatæ, ut propriis oculis omnia luſtrarent, viderunt duos Angelos ipſis ſubito apparentes. Interea *Maria*, quæ Petrum & Joannem venientes comitata fuerat, *ſtabat ad monumentum foris plorans. Dum ergo fleret,*

inclinavit ſe , & proſpexit in monumentum ; & vidit duos Angelos illos qui aliis mulieribus loquebantur : ſed non cognovit eos ut tales. Unius autem tantum Angeli mentionem faciunt Matthæus & Marcus, quia unus pro duobus verba faciebat.

§. 480.

1. *de qua ejecerat ſeptem dæmonia.* Hæc verba ſignificant vel Magdalenam a ſeptem dæmoniis poſſeſſam & poſtea liberatam fuiſſe ; vel a vitiis multis purgatam, ut habetur in articulo 141. Huicce poſteriori interpretationi favet quod in articulo 151 dæmonũ affectus ſumantur pro ipſis dæmonibus , maximumque & indeterminatũ numerum ſeptenario denotetur numero. Vide annot. art. 141 & 174.

2. *Noli me tangere , nondum enim aſcendi ad Patrem meum.* Ne diutius in complexu pedum meorum immoreris ; tempus non deerit tibi me videndi & affectus tui explendi : nondum enim diſcedo ex hoc mundo ; ſed nonnulli dies uſque ad aſcenſionem meam in Cœlum adhuc ſuperſunt. *Vade autem ad fratres meos* (id eſt , diſcipulos) *& dic eis* quia brevi *aſcendo ad Patrem meum* ; ut cito abeant in Galilæam , & congregentur in monte quem ante mortem meam eis indicavi. Vide 2. annot. articuli ſequentis.

§. 481.

1. Dum Magdalenæ loqueretur Jeſus , aliæ mulieres erant in monumento , eiſque loquebantur Angeli. Itaque eodem fere temporis puncto mulieres illæ exierunt e monumento, quo Magdalena receſſit a Chriſto.

2. *Dicite diſcipulis ejus* , & præcipue *Petro* conſternato quod non invenerit corpus Domini (art. 478.) *quia ſurrexit ; & ecce præcedit vos in Galilæam.* Non præceſſit eos in Galilæam niſi poſt aliquot dies , ut patet ex apparitionibus ſequentibus : ſed ſic loquuntur Angeli , ut promptiores reddant Apoſtolos ad ſuſcipiendum iter in Galilæam.

3. *Ecce prædiximus vobis.* Quoniam juxta Matthæum & Marcum unus tantum Angelus loquitur , dicit *prædixi* ; quia vero Concordiæ textus componitur juxta narrationem Lucæ qui duos Angelos inducit loquentes , mihi mutandum fuit *prædixi* in *prædiximus.*

§. 482.

Nemini obvio *quidquam dixerunt.*

§. 485.

1. *Oſtenſus eſt in alia effigie*, ſcilicet in forma peregrini, quales tunc multi erant qui ad diem feſtum Paſchæ aſcenderant.

2. *Se finxit longius ire.* Id eſt, compoſuit ſe, & præ ſe tulit, tamquam longius iturus eſſet: quod & facere conſtituerat niſi inſtanter manere rogaretur. Sic & de Centurionis ſervo vere dixit art. 134. *Ego veniam, & curabo eum*, nempe ſi Centurio vellet.

§. 486.

Nec illis crediderunt, nimirum aliqui ex eis: Nam Lucas verbis præcedentibus ſatis ſignificat pleroſque crediſſe.

§. 487.

1. *Noviſſime.* Non intendit dicere Marcus hanc Chriſti apparitionem eſſe noviſſimam omnium quæ factæ ſunt à reſurrectione ejus uſque ad ipſius aſcenſionem, ſed noviſſimam earum quæ ſolo die reſurrectionis contigerunt.

2. *Recumbentibus illis Undecim apparuit.* Id eſt, apparuit ſocietati quæ tum ex undecim diſcipulis compoſita erat: non autem ipſis undecim apparuit, quia Thomas abſens erat.

3. *Palpate & videte.* Licet ſe diſcipulis ſuis palpandum præberet Chriſtus, non propterea credibile eſt eos pavorem ſuum ſtatim depoſuiſſe, & Dominum ſuum redivivum palpare auſos fuiſſe; neque ad hunc locum alludit Joannes, cum dicit initio epiſtolæ ſuæ 1: *Quod fuit ab initio, quod audivimus, quod vidimus oculis noſtris, quod proſpeximus, & manus noſtræ contrectaverunt de verbo vitæ, &c.* Vide finem annotationis articuli ſequentis.

4. *Oſtendit eis manus, & pedes, & latus*, in quibus vulnerum veſtigia conſervare voluerat ad probandam ſuam reſurrectionem diſcipulis ſuis ſecundum eorum captum.

§. 488.

Dixerunt ergo ei alii diſcipuli: Vidimus Dominũ, & oſtendit nobis manus, & pedes, & latus; & vidimus fixuram

clavorum & lanceæ. *Ille autem dixit eis :* Phantaſma aliquod vidiſtis, non vero Dominum. *Niſi* ipſe *videro in manibus ejus fixuram clavorum* , *&* ad majorem certitudinem *mittam digitum meum in locum clavorum*, *& mittam manum meam in latus ejus* , *non credam* eum redivivum. Nullam habebat intentionem palpandi veſtigia vulnerum: ſed hoc ſe velle facere dicebat, quia ſe nũquam hoc facere poſſe credebat; atque hac utebatur exaggeratione ad ſignificandum ſe minime credere Chriſtum reſurrexiſſe, nullamque omnino ſpem habere eum videndi ſuper terram. Itaque quando Chriſtus alludens ad verba Thomæ, dixit ei , *Infer digitum tuum huc*, *& vide manus meas ; & affer manum tuam*, *& mitte in latus meum;* Thomas exclamavit ſtatim præ gaudio & admiratione, & *dixit ei : Dominus meus*, *& Deus meus !* non vero clavorum & lanceæ veſtigia tetigit; quia videre contentus erat, & nullum amplius dubitandi locum habebat. Vide 3. annot. art. ſup. Attamen ſumendo potentiam pro actu, vel ſenſum unum pro alio, viſum ſcilicet pro tactu, dicere poſſumus cum S. Auguſtino & quibuſdam aliis Thomam hîc & alios Apoſtolos in art. ſup. clavorũ & lanceæ veſtigia tetigiſſe ; eo quod illis ſeſe palpandum ita præbuerit Dñs, ut eum palpare potuiſſent, ſi voluiſſent. Vulnerũ veſtigia propriis oculis viderunt perinde ac ſi ea tetigiſſent, ſicque ſuis ſenſibus veritatem corporis Chriſti exploraverunt.

§. 490.

Hoc jam tertio manifeſtatus eſt Jeſus diſcipulis ſuis. Hoc referendum eſt ad dierum numerum , ut notat S. Auguſtinus. Primo enim diverſis apparuit ipſa die reſurrectionis, ſecundo poſt dies octo , & tunc tertio.

§. 492.

Alius te cinget, *& ducet quo tu non vis* , id eſt, quo tu non velles, ſi naturæ deſiderio indulgeres.

§. 494.

Quidam autem dubitaverunt antea.

FINIS.

ANNOTATIONES

IN TABULAM GEOGRAPHICAM.

UT facilius Chriſti peragrationes intelligas, & ſine confuſione præ oculis habeas, hîc appono tabulam geographicam ea tantum loca & nomina complectentem quæ in Evangelio memorantur.

Regio illa, quam vulgò Terram ſanctam appellamus, vocatur in Evangelio Judæa & Terra Iſrael.

Tempore Chriſti tota Judæa diviſa erat in quinque Provincias; in Judæam ſtricte dictam, Samariam, Galilæam, Trachonitidem, & Peræam, in qua aut circa quam geographi vulgò deſcribunt Ituræam.

In Evangelio memorantur terra Zabulon & terra Nephtalim, quas in tabula non deſcribo, ſicut nec decem aliarum Tribuum portiones; quia tempore Chriſti non ampliusſubſiſtebat hæc antiqua terræ Iſrael diviſio. Terra Zabulon extendebatur a mare Galilææ uſque ad mare Mediterraneum. Terra Nephtalim erat in Septentrionali ſeu ſuperiori Galilæa, quæ dicitur Galilæa Gentium, eo quod gentibus alienigenis mixta eſſet.

Propter anguſtiam tabulæ unicū tantùm nomen appono quibuſdam locis quæ pluribus nuncupantur in Evangelio. Geneſareth dicitur etiam Tiberias. Mare Galilææ dicitur etiam mare Tiberiadis, fretum & ſtagnum Geneſareth. Locus trans Jordanem, qui in Vulgata noſtra Editione dicitur Bethania, in textu Græco dicitur Bethabara.

Ob eamdem anguſtiam ſeorſim expono montem Oliveti, Bethphage, Gethſemani, & Golgotha ſeu Calvariæ montem.

Peræa nomen in Evangelio non habetur; ſed illud aliunde petitum appono, ſicut & nomen montis in quo tranſfiguratus eſt Chriſtus, ſcilicet *Thabor*.

Ex Typographia L. SEVESTRE, viâ San-Jacobæâ. 1699.



ORIENS
OCCIDENS
AQUILO
AUSTER
Mons Oliveti
Bethania
Gethſemani
Bethphage
Cedron
JERUSALEM
Golgotha ſive Mons Calvariæ
SYRIA
ABILINA
TRACHONITIS
Deſertum Bethſaidæ
Dalmanutha
Corozaim
Mageddan
Geraſa
Cæſarea Philippi
Capharnaum
MARE GALILÆÆ
Bethſaida
DECAPOLIS
Geneſareth
Salim
Jordanis
Ænnon
ITURÆA
PERÆA
Bethania
GALILÆA
SYROPHŒNICIA
Sidon
Sarepta
Tyrus
Thabor
Cana
Nazareth
Naim
Iſcariot
Deſertum
Jericho
Ephrem
Sodoma
Gomorrha
Sichar
SAMARIA
MARE MEDITERRANEUM
Cedron
Bethania
JERUSALEM
Bethleem
Deſertum
Emmaus
Rama
Arimathæa
JUDÆA
Montana
IDUMÆA
ÆGYPTUS
JUDÆÆ ſeu TERRÆ ISRAEL
TABULA GEOGRAPHICA
ea tantum loca complectens quæ
in Evangelio memorantur.
Stadia
Leucæ Gallicæ

J'ESPERE mettre bien-tôt au jour une Concorde Françoiſe, dans laquelle (comme on peut croire) toutes choſes tiennent le même ordre que dans celle-ci; mais dont l'art eſt tout-a-fait different. Les Evangeliſtes n'y ſont point mis côte-a-côte; mais toutes leurs paroles y forment enſemble une ſeule narration continue, dans laquelle il eſt tres-facile de les lire un-chacun en particulier. Pour les diſtinguer, je ne me ſers pas des lettres qui commencent leur nom: car, ſi je le faiſois, il y auroit entre les mots une infinité de larges diſtances, qui embaraſſeroient beaucoup la vue quand on liroit tout de ſuite le texte de la Concorde, qui eſt le plus neceſſaire; & outre cela, lorſqu'on voudroit lire chaque Evangeliſte ſeparément, on auroit trop de peine a chercher la lettre qui le marqueroit. C'eſt auſſi pour cette raiſon que je ne me ſers pas des chiffres 1. 2. 3. 4. comme fait le Pere Amelote; quoiqu'ils ne tiennent pas tant de place que les lettres M. m. L. J. & qu'outre cela ils ſoient fort ſignificatifs, puiſque pour les comprendre & pour s'en ſervir il ſuffit de ſçavoir le rang que tiennent les Evangeliſtes dans le Nouveau-Teſtament, que S. Matthieu eſt le premier, S. Marc le ſecond, S. Luc le troiſieme, & S. Jean le dernier. J'ai donc inventé des marques qui ne tiennent pas plus de place quand pluſieurs parlent enſemble que quand il n'y en a qu'un ſeul, & qui frappent tout-d'un-coup la vue ſans qu'on ſe donne la peine de les chercher lorſqu'on veut les lire un-chacun en particulier. Elles ſont fort naturelles & fort ſignificatives, puiſque pour les

comprendre auſſi bien que les chiffres 1. 2. 3. 4. il ſuffit pareillement de ſçavoir que le premier Evangeliſte eſt S. Matthieu, le ſecond S. Marc, le troiſieme S. Luc, & le dernier S. Jean. Je me ſers d'une ligne dans laquelle je diſtingue quatre places de cette maniere ⊨ La premiere eſt pour S. Matthieu, la ſeconde pour S. Marc, la troiſieme pour S. Luc, & la derniere pour S. Jean. Selon les places que vous voyez remplies, vous ſçavez combien il y a d'Evangeliſtes qui parlent, & qui ils ſont. Ainſi

⌈ ſignifie S. Matthieu tout ſeul.

⊢ S. Marc tout ſeul.

⊢ S. Luc tout ſeul.

⌊ S. Jean tout ſeul.

⊧ S. Matthieu avec S. Marc.

⊧ S. Matthieu avec S. Luc.

[S. Matthieu avec S. Jean.

⊧ S. Marc avec S. Luc.

⊧ S. Marc avec S. Jean.

⊧ S. Luc avec S. Jean.

⊨ S. Matthieu avec S. Marc & S. Luc.

⊨ S. Matthieu avec S. Marc & S. Jean.

⊨ S. Matthieu avec S. Luc & S. Jean.

⊨ S. Marc avec S. Luc & S. Jean.

⊨ tous les quatre enſemble.

Par le moyen de ces clefs, non-ſeulement vous voyez tout-d'un-coup ce que chaque Evangeliſte a de particulier, & ce qui eſt commun ou à

deux, ou a trois, ou a tous les quatre ; mais auſſi vous pouvez ſans peine les lire un-chacun ſéparément, pour voir comment ils parlent ſeuls, & pour les confronter enſemble. Lors donc que vous voudrés lire un Evangeliſte ſeul, prenez tous les mots qui ſuivent les clefs dans leſquelles ſe trouve la dent qui le ſignifie, & paſſez tous ceux qui ſuivent les autres clefs. En liſant ainſi Saint Jean ci-deſſous, vous trouverés : Alors il prit les pains, rendit graces, & les partagea a ceux qui etoient aſſis. *En liſant S. Luc, vous trouverés :* Alors il prit les cinq pains & les deux poiſſons ; & levant les yeux au Ciel, il les benit, rompit, & partagea a ſes diſciples, afin qu'ils les preſentaſſent au peuple. *& ainſi des deux autres Evangeliſtes.*

⊧ Alors ⋿ il prit les Ϝ cinq ⋿ pains Ϝ & les deux poiſſons ; & levant les yeux au Ciel, il ⌊ rendit graces, & Ϝ les benit ; Ϝ puis il Ϝ rompit Ϝ les pains, Ϝ & ⋿ les ⋿ partagea Ϝ a ſes diſciples, ⊧ afin qu'ils les preſentaſſent ⌊ a ceux qui etoient aſſis ; ⌈ & ſes diſciples les preſenterent Ϝ au peuple.

Depuis le commencement de la Concorde juſqu'a la fin, la narration particuliere de chaque Evangeliſte eſt auſſi liée & auſſi coulante que ſi elle n'etoit point tranſpoſée, ni entrecoupée par celles des autres : & afin qu'il n'y eût aucun mot ou omis, ou ajoûté, ou detourné de ſon propre ſens, & qu'ils ne fiſent tous enſemble qu'un ſeul tiſſu, dans lequel il n'y eut aucune répétition ni

aucune dureté, mais qui fût auſſi poli que ſi ce n'etoit qu'un ſeul Hiſtorien qui parlât, j'ai cherché tous les expediens imaginables.

Quand il arrive que pluſieurs Evangeliſtes expriment la même penſée ſi diverſement qu'ils ne peuvent être traduits par des termes qui leur conviennent a tous enſemble & a un-chacun en particulier, j'en choiſis qui ſe puiſſent couper, afin qu'un même en faſſe deux, & que chaque Evangeliſte ait le ſien particulier, comme vous voyez ci-deſſous en défendit.

├ En même-tems ╒ Jeſus ├ le fit retirer, & ╒ lui ╞ défen-╒-dit ╞ d'en parler, ├ en lui diſant: ╒ Gardez-vous bien de dire ceci ╒ a perſonne.

En liſant S. Luc, vous trouvez: Jeſus lui défendit d'en parler a perſonne. *En liſant S. Matthieu, vous trouvez:* Jeſus lui dit: Gardez-vous bien de dire ceci a perſonne. *En liſant S. Marc, vous avez tout le texte; car ſa dent ſe trouve dans toutes les clefs.*

Au-reſte mes mots coupez ne ſont pas ſi incommodes que quelques perſonnes pourroient s'imaginer d'abord: nous en rencontrons a tout moment dans tous les livres de bien plus incommodes, & auſquels nous ne faiſons pas ſeulement reflexion; je veux dire les mots qui commencent a la fin d'une ligne, & qui finiſſent au commencement de la ſuivante.

Je me ſers encore d'un autre expedient lorſque les differens termes des Evangeliſtes qui parlent enſemble ne peuvent du tout être traduits par

un même, mais qu'il faut neceſſairement les traduire par deux ; c'eſt de les mettre l'un ſur l'autre, & toujours en haut celui qui me paraît ou le plus ſignificatif ou le plus propre au fil du diſcours, ſi l'un l'eſt plus que l'autre ; comme,

⌈ Ne jugez point, ⊦ & vous ne ſerés…… / ⌈ afin que vous ne ſoyez point jugez.

⊦ Penſez-vous / ⌈ Ne penſez pas que je ſois venu mettre la paix ſur la terre ?

⊦ Eſt-ce qu' ⌈ il ⊦ n' ⌈ eſt ⊦ pas ⌈ ecrit: Ma maiſon ⌈ ſera appelée / ⊦ eſt………. la maiſon de priere ⊦ pour toutes les nations ?

⌈ Le tentateur / ⊦ Le Diable.. ⌈ l'ayant donc abordé, ⌈ lui dit: Si vous etes le Fils de Dieu, commandez a ⌈ ces pierres / ⊦ cette pierre de ſe changer en pain.

Or cet expedient de mettre les mots l'un ſur l'autre ne m'a pas toujours eté auſſi aiſé qu'on pourroit ſe l'imaginer ; car il arrive ſouvent que l'un ou l'autre ou tous les deux enſemble ſont tres-difficiles a faire quadrer avec ce qui les precede & avec ce que les ſuit ; comme quand l'un eſt un verbe au ſingulier & l'autre un verbe au pluriel, l'un d'une ſentence directe & l'autre d'une ſentence indirecte.

Enfin tous ceux qui auront la critique fine,

& qui ſeront aſſez patiens, remarqueront ma patience & mon exactitude dans cet ouvrage d'un travail immenſe; & l'experience d'un moment apprendra a toutes perſonnes que l'art dont je me ſers pour diſtinguer toutes choſes eſt le plus naturel & le plus commode qui ſe puiſſe imaginer. Mais lorſqu'on voudra ſe contenter de voir tout-de-ſuite l'Hiſtoire Evangelique ſans ſe mettre en peine de la difference qu'il y a entre les Evangeliſtes & s'en s'embaraſſer l'eſprit de rien-du-tout, on n'aura qu'a paſſer toutes les clefs: & toutes les fois qu'on trouvera des mots l'un ſur l'autre, on n'aura qu'a prendre celui de deſſus & laiſſer celui de deſſous, quoiqu'on puiſſe prendre indifferemment l'un ou l'autre.

Voici un echantillon qui fera facilement comprendre ce que j'ai dit juſqu'ici.

JESUS-CHRIST SOUPE A BETHANIE.

⌈ 26. 6–13 ⊦ 14. 3–9 ⌊ 12. 1–8

319. ⌊ Six jours avant la Pâque, Ε Jeſus etant ⌊ venu Ε a Bethanie, ⌊ où il avoit reſſuſcité Lazare qui y etoit mort, on lui apprêta là a ſouper Ϝ dans la maiſon de Simon le Lepreux: ⌊ Marthe y ſervoit, & Lazare etoit un de ceux qui etoient a table avec lui. Et Ϝ comme il etoit a table, ⌊ Marie...... / Ϝ une femme ayant ⌊ pris Ϝ dans un vaſe ⌊ une livre Ε d'un Ŀ liquide & Ε precieux parfum Ŀ de nard, Ϝ s'approcha ⌈ de lui; Ϝ & ⊦ ayant rompu le vaſe;

elle [le lui répandit ⊧ ſur la tête, & ⌊ ſur les piez, aprés les avoir eſſuyez avec ſes cheveux ; & toute la maiſon fut remplie de l'odeur de ce parfum.

320. ⌈ Les diſciples voyant cela, ├ quelques-uns ⊧ en conçurent de l'indignation ├ en eux-mêmes, ⊧ & commencerent ├ a murmurer contr'elle. Et ⌊ un de ſes diſciples, ſçavoir Judas l'Iſcariote, qui le devoit trahir, ſe mit [a dire : ⊧ A-quoy-bon cette perte ├ de parfum ? ⌊ pourquoy ne l'a-t-on pas vendu ? ⊧ On auroit pu le vendre ├ plus de [trois cens deniers / ⌈ un grand prix .... dont on auroit aſſiſté les pauvres. ⌊ Or il diſoit ceci, non qu'il ſe souciât des pauvres ; mais parcequ'il etoit larron, & qu'ayant la bourſe, il portoit l'argent qu'on y mettoit. [Mais Jeſus ⌈ voyant cela, leur [dit : ⊧ Pourquoy chagrinez-vous cette femme ? [Laiſſez-la ⌊ garder ce parfum pour le jour de ma ſepulture. ⊧ Ce qu'elle vient de faire envers moy eſt une bonne euvre. [Car vous avez toujours des pauvres parmi vous, ├ & vous pouvez leur faire du bien quand vous voulez ; [mais pour moy, vous ne m'avez pas toujours. ├ Elle a fait ce qui etoit en ſon pouvoir : ⌈ & lorſqu' ⊧ elle a répandu ce

parfum ſur mon corps, ⌈ c'a eté ⌈ pour me rendre ⌈ par avance ⌈ les devoirs de la ſe-pulture. Je vous dis en verité que dans tous les endroits du monde où ſera prêché cet Evangile, l'action qu'elle vient de faire ſera auſſi publiée pour honorer ſa memoire.

REMARQUE.

⌈ A-quoy-bon cette perte ⌈ de parfum? &c. *Par une figure aſſez ordinaire, S. Matthieu & S. Marc attribuent a toute la compagnie ce qui n'a eté dit que par Judas; comme quand ils diſent que les larrons ont blaſphêmé contre Jeſus-Chriſt, quoiqu'il n'y en ait qu'un ſeul qui ait blaſphêmé. Ainſi la narration de ces deux Evangeliſtes doit être ajuſtée a celle de S. Jean en telle ſorte qu'il n'y ait que Judas qui parle dans le texte de la Concorde.*

PRIVILEGE DU ROY.

LOUIS par la grace de Dieu Roy de France & de Navarre, à nos amez & feaux Conſeillers les Gens tenans nos Cours de Parlement, Maîtres des Requêtes ordinaires de notre Hôtel, Prevôts, Baillifs, Senechaux, leurs Lieutenans Civils, & autres de nos Juſticiers & Officiers qu'il appartiendra, SALUT. Notre cher & bien amé SEBASTIEN LE ROUX Curé d'Andeville Dioceſe de Chartres nous a fait remontrer qu'il a composé un Livre intitulé CONCORDIA QUATUOR EVANGELISTARUM *plenam, recte ordinatam, concinneque coharentem* DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI HISTORIAM *nova eaque expeditiſſima arte exhibens, &c.* & le même ouvrage en François ſous ce titre, CONCORDE DES QUATRE EVANGELISTES REPRESENTANT L'HISTOIRE DE NOTRE-SEIGNEUR JESUS-CHRIST, &c. qu'il ſeroit bien-aiſe de donner au public, s'il nous plaiſoit lui accorder nos Lettres ſur ce neceſſaires. A CES CAUSES, voulant traiter favorablement ledit expoſant, Nous lui avons permis & accordé, permettons & accordons par ces preſentes de faire imprimer leſdits Livres par tels Libraires ou Imprimeurs, en un ou pluſieurs volumes, en telles marges, en tels caracteres, & autant de fois que bon lui ſemblera pendant le tems de douze ans conſecutifs, à commencer du jour qu'ils ſeront achevez d'imprimer, & de les vendre & diſtribuer par tout notre Royaume: faiſant défenſes à tous Libraires, Imprimeurs, & autres d'imprimer, faire imprimer, vendre & diſtribuer leſdits Livres ſans le conſentement dudit expoſant, ou de ſes ayans cauſes, ſous quelque pretexte que ce ſoit, même d'impreſſion étrangere, ſur peine de confiſcation des exemplaires contrefaits, de mille livres d'amende applicable un tiers à Nous, un tiers à l'Hôtel-Dieu de Paris, l'autre tiers à l'expoſant, & de tous dépens, dommages & interêts: à la charge de mettre deux exemplaires de chaque livre en notre Bibliotheque publique, un dans le Cabinet des livres de notre Château du Louvre, & un dans celle de notre tres-cher & feal Chevalier Chancelier de France le Sieur Boucherat; de faire imprimer leſdits livres dans notre Royaume & non ailleurs, en beau caractere ſuivant ce qui eſt porté par les reglemens faits

ſur la Librairie & Imprimerie és années 1618. & 1686. de faire enregîtrer ces preſentes és regîtres de la Communauté des Marchands Libraires de ladite ville de Paris, à peine de nullité d'icelles ; du contenu deſquelles Nous vous mandons & enjoignons de faire joüir ledit expoſant ou ſes ayans cauſes pleinement & paiſiblement, faiſant ceſſer tous troubles & empêchemens à ce contraires. VOULONS qu'en mettant au commencement ou à la fin deſdits livres copie ou extrait des preſentes, elles ſoient tenuës pour deuëment ſignifiées, & qu'aux copies collationnées par un de nos amez & feaux Conſeillers & Secretaires foy ſoit ajoûtée comme à l'original. COMMANDONS au premier notre Huiſſier ou Sergent ſur ce requis de faire pour l'execution des preſentes toutes ſignifications, défenſes, ſaiſies, & autres actes neceſſaires, ſans demander autre permiſſion, & nonobſtant clameur de Haro, Chartres Normandes, & autres Lettres à ce contraires: car tel eſt notre plaiſir. DONNE' à Paris le troiſiéme jour de Decembre, l'an de grace mil ſix cens quatre-vingt quinze, & de notre Regne le cinquante-troiſiéme. *Signé*, Par le Roy en ſon Conſeil, LECOMTE, *& ſcellé du grand Sceau de cire jaune ſur ſimple queuë.*

Regîtré ſur le Livre des Libraires & Imprimeurs de Paris le ſixième de Decembre 1695. Signé P. AUBOUYN, *Syndic.*

Achevé d'imprimer pour la premiere fois le 7. Mars 1699.

2
~~48 msf~~ .3
J51 wat.